

PAVLI ÄGINETÆ
LIBER SEXTVS,
Ioanne Guinterlo Andernaco medico interprete.

S PROOEMIVM CHIRVR^s
gicæ. Cap. I.



VONIAM CHIRVRGI
ca in partes duas diducta est, ut uo
una sit quæ carnis uitia tractet: al
tera, quæ osium, tam in fractu
ris quam luxationibus speculetur
ab ea quæ carni seruit in præsen
tia exordiemur, consueto & hic
usi compendio. Rursus igitur à
superioribus auspicantes, quomodo caput, præsertim
que eius uertex uratur, exponemus.

QVOMODO CAPVT ADV
ratur in lippientibus, ægre spirantibus &
elephanticis. Cap. II.

C Vm humor oculis influit superne & difficilis ue
get spiratio quæ humiditatis excrementitiae co
pia è capite inferius in thoracē transmissa, & par
ticulas indidem consortio suo infestante contrahitur, ca
put per medium hoc modo urunt: Vertex ad cutem
prius tondetur, cutis adusq; os ferramentis mucronatis
aduritur: quod, ubi crusta deciderit, raditur. Nonnulli ue
ro ubi id ipsum os adusserint, faciunt ut squama inde re
cedat exigua, quo facile humores illinc perspiratu dissi
pentur evacuenturq; seruato diu ulcere, deinde sic ipsū
ad cicatricem perducunt. At in elephantiasi curanda, qn
q; nonnulli crustas in capite excitant, unam in priori parte
supra sinciput, alteram hac inferiorem, paulo superioris q
frons habetur, ubi fere pili desinunt: ac aliam in occipit
io, quod Græci opisthocranion uocant, reliquas duas
iuxta ossa à squamis dicta leridoide, q superius aures

P A V L I A E G I N E T A E

conglutinant: unam ex his, parte dextra: alteram, sinistra
atque ita pluribus squamis detractis, & copiam & cras-
situdinem humorem evaporatu ex alto capitis deriuantes,
lumina offendit prohibent. Iam tamen quoque aliud
ferramentum adiungunt, ut primo melancholici recremē-
ti opifici per crustam in cute excitatam medeantur.

C V M H V M O R C A P I T I S C V
tem inflat, eaq; intumescit & prementi digi-
to cedit, hydrocephalon dici-
tur. Cap. III.

SI humor natura aqueus capitis cutem subit, uitium
propriæ hydrocephalon appellatur: accedit autem
pueris, quamprimum in lucem eduntur, capite à nu-
tricibus parum dextre presso, aut ex causa latente, aut ex
causa latente, aut ex uasis unius, plurimve ruptura &
sanguine, qui emanat in alienam mutato substanciali,
aut materia ob meatum raritatem refudante, ac inter cu-
tem & membranam que caluariam integrit, pericranio
Græci uocant, et rumpente: uel enim inter hanc, & cutem
humor consistit, uel inter pericranion & os, uel inter os
& cerebri membranas. Cum itaque cuti & membranæ
caluariam integenti, humor interiacet, tumor sequitur,
tactu mollis, concolor, indolens, turgidus, puluino sub-
limi, exigua capitis parte digitis prementibus subsidens
facile cedit & rursus assurgit. Quibus pericranion &
os intercedit humor, reliqua sanguis respondent, sed tu-
mor durior multo est & lente cedit, ut qui etiam pluribus
locis sublabatur, dolorq; magis urget. Si inter cere-
bri membranam & hos humor se repererit, tumor qui-
dem erit, sed qui prementi non cedat, neque tactu sit
mollis, tamen uiolenter pressus cedat, siquidem os in-
fantium recens adhuc compactum facile cedit, præser-
tim cum futuris rarefactis humor foras euaserit: cognoscitur
ex facilis inde quod in humoris constrictione, in
altum cum ex aduerso deducitur, recurrit. Dolor his
acrior obuenit, caput totum in diuersa agitur, frons ipso-
sis foras

sis foras producta est, oculis cernunt incontinentibus, et
crebris illachrymant. His igitur ceu desperatae salutis
non est manus adhibenda, eti maxime nonnulli chirur
gicorum terebra perforatum os exemerint, ut in capitib
fracturis dicetur. At si intra cutem & membranulam quæ
sub cute caluariam cingit, humor sit collectus, tumore
quidem exiguo substante, una linea per medium trans
versa caput incidendum: si membranula caluariam ins
uoluenti & osi cellulae interuenient magisq; caput ins
turgescat, duabus uteatur lineis per medium se mutuo
secantibus: si magis adhuc sit turgidum etiam tribus, ad
similitudinem H literæ. Vbi manu humor exemes
ris, insertis linamentis commode partem diligabimus,
& usq; ad tertium diem cœnæ perfundemus, inde so
lutam medicamento in linteolum illito persanabimus.
Quod si longiore spatio os carné non recipiat, leuiter
ipsum rademus.

QVOMODO ARTERIÆ DIVI

dantur, anteriotomia dicitur. Cap. IIII.

IN longis oculorum defluxionibus, tum uertiginos
so affectu, arterias post aures incidere consuevitnus.
Radenda igitur posterior capitis pars, & digitis no
tanda est. Nam arteriæ situs ex loci pulsu facile depre
henditur, deinde ipsam linea scriptorio prius attramen
to ducta, duos digitos lōga, usque ad os dividere oport
et. Quod si in confpectum ita non uenit, incidendum
circiter trium digitorum interuallum, atque tunc manus
inicienda, sic ut arteria transuersim dissecentur, quo
que & pulsatilis sanguinis fluor apparuerit, & instru
mentum os proprius accedat. Vbi sat fluxerit sanguinis
membranula, quæ caluariam sub cute ambit, diuisa,
ne ex tensione inflammationem contrahat, rasoq; ols
se obturamentum ex panniculo uulneribus debet infis
tuari, & medicamento quod linteolis illinitur adhibe
ri, quod si remaneat etiam hoc os lenè, similiter huius
rasura uteatur.

PAV. REGIN.

EE

PAVLI AEGINETÆ
QVOMODO LATENTIA CAPITI
pitis uasa diuidantur quæ angiologia dicitur,
eorumq; adustio sit adminis-
tranda. Cap. V.

IN quibus alteram capitis partē dolor exercet, & ca-
lidus acrisq; pituitæ cursus, aut longus, aut acutus in-
festat, ut et tēporū musculi incalescat, ac laxo tumo-
re attollantur, omnes in his medici usorum in capite
latentium diuisionem probarunt. Derasis igitur primū
in temporibus pilis, digitis uasa notabimus, sic ut somē-
ta praeceperint, aut collum constrictum sit: ubi iam uasa
oculis lese obiecerint, atramento notabuntur, & cutis ex
lateribus tum sinistræ manus nostræ digitis, tum minis-
tri leuabitur, ipsumq; uas per summa linea incidemus,
deinde ubi totum penetraverimus hamulis elevatum et
instrumento quo membranæ detrahuntur, deuudatum
suspendemus undiquaq; liberum: si tenue fuerit per
hamulum retulum, elato circundoctoq; membranam
detrahemus, ita ut partem quoque ipsius apprehendamus.
At si magnum est duplex acu funiculus subiicie-
tur, aut linii crudū, aut aliud quoddā ualidum, ac q; pri-
mum uas in rectum scalpello diuolum, sanguinis quātū
satis est fuderit, in utroq; extremo quod denudati est,
linio ligabimus, quod intercedit excisum, aut protinus
aut cū soluetur auferre cōuenit. Nonnulli et carentibus
ferramētis citra sectionē uasa adurunt plagiis satis altis,
ubi tam ferro negotiū absolutū est linamētis carptis sic
cīs uulnere oppleto, splenii quoq; super accōmodatū
deligabimus, postq; solutum fuerit, medicamenta arida,
quæq; carnem generant, tum cicatrici induceude apta,
ad curationem absoluendam inducemus, nimirum ubi
vincula diligaturæ computuerint exciderintq;.

QVOMODO FRONS INCIDA
tur, hypopathismum uocant. Cap. VI.

Instrumenti species nomen administrationi dedit:
utimur autem hypopathismo, in quibus fluor mul-

tus & calidus in oculos defertur, faciesque rubescit, & in
 fronte sensus quidam & discursus ueluti uermium, aut
 formicarum oboritur. Derasis itaq; in fronte pilis iubet
 bimus, ut inferior gena moueatur cauentesq; musculo
 rum ad tempora motionem, tres lineas rectas pari spa-
 tio distantes in fronte incidemus, longas quidem singu-
 las duos digitos, altas ad usq; os, trium digitorum inter-
 tallo inuicem discretas, secundum sectionem spatham
 sufficientes à linea quæ in sinistriore tempore ad me-
 diam tendit incipiemus, totum quod interiacet excoriæ
 tes, cum membrana quæ caluariam incingit, deinde rur-
 sus spatulam à media ad reliquam dimitemus. Deinde
 scalpri quod scolopomachærion dicitur, aciem in pris-
 mam coniuentes lineam, ut acutum ipsius latus exten-
 sæ cutis carni accommodetur, retusum vero, ossi, pro-
 pellemus ipsum adusque medianam lineam, omnia à cas-
 pite ad oculos descendentia, uasa præcedentes, non autē
 usq; ad cutis superficiem: turlus à media ad postremā
 ipsum deducemus, similiter uasa amputantes, ubi mes-
 diocriter sanguis effluxerit, extusis grumis, tria linamen-
 ta tortilia singulis inclusis inseremus, panniculumq; im-
 plictum aqua madentem superinectum deligabimus.
 Postridie cœnæ non solum ulceribus respersis, sed
 etiam temporum musculis auribusq; propter inflam-
 mationem, tertio die cum solueris, superfusione diu uté-
 dum, & basilio rosaceo soluto, linamentis insertis cura-
 tionem quæ restat, absoluemus.

Q V I D A G E N D U M I N S I N
 30 cipite secando, periscythismum appellant
 Græci. Cap. VII.

35 **I**N quibus multa, & in alto uasa fluorem copiosum
 oculis transmittunt, tribus lineis transuersis coros-
 sæ modo sincipit secatur, quæ ratio periscythis-
 mus Græce uocatur. Hoc morbo laborantium
 EE ii

PAVLITÆ GINETÆ

comites notæ sunt tales: Primum oculi alimentum, nō sentiunt, exigui, & ad uisum impotentes, sunt anguli ero-
si, palpebræ exulceratæ, & pili ipsorum deflui, lachrymæ
tenues admodum & acres cum calore deferuntur, Dolor in alto capitis acutus, & uehemens urget, sternutame-
tum continuum. Itaq; derafo capite transuersam lineam
sine muscularum intemporibus, motus offensa, ut di-
ctum est, incidemus, qua à sinistriore temporum parte
incipiens in alteram desinat, habeatq; terminos, ubi mo-
tus nullus est, paulo superius q; frons habetur, ducta: sic
ut sutura capitis à rotunditate dicta *σεφανάκη*, uitetur.
Leonides per medianam frontem lineam deducit. Cæteg-
rum osse detecto, obturaminibus, aut linamentis plurimis
inuicem ipsum separabimus, oras lineæ vinciemus,
œnelæ etiam ut prius dictum est, aspersas. A solutione
cum inflamatio iam declinauerit, os radetur, quoad cas-
tro suppululare incipiat, rationemq; carnis producen-
dæ accommodabimus medicamentis aridis in id effi-
caciis utentes, quale est, quod recipit farinæ triticeæ
partes duas, colophoniacæ resinæ partem unam. Item
quale est Cephalicum appellatum. Item quod ex pumi-
ce ad carnem creandam conficitur. Nam cicatrice cras-
sifacula cute densata, & occlusa, uasorum ora priorem
pituitæ impetum in oculos deferri prohibent.

DE SUPERIORIS PALPEBRAE
sutura aliisq; modis. Ca. VIII.

CVM sub ordine naturali pilorū palpebræ, alias
ordo succrescit, uitium Græce distichias appellatur,
ex humoris culusdam in eam partem im-
petu contractum, cum is copiosus, sed rosis expersus
& acrimoniaz fuerit, Nā acrior, aut salsus magis, aut alio
quodammodo rodens, spatio tēporis ēt naturales palpe-
bræ pilos corrūpit. Interim igitur in hoc affectu, sutura
utimur: interim in ea dispositione, qua pilorum subnas-
centium duplex triplexq; acies, uel in superiori, uel in
inferiore palpebra prouenit, hoc est cum cilium intro-

spectat pilorum acie simul cum eo inuersa, phalangosis
 vocatur interdū ēt in palpebris relaxatis, quando natu
 rales pīlī bulbum compungunt. Aeger itaq; in sedili col
 locabitur, uel aduersus, uel à latere, superiorq; palpebra
 inuertetur: si quidē lōgos habeat pilos, illos ipsos īdīce
 & magno sinistrā manus dīgitō apprēhēdemus: si n ad
 modū breueis, actis filum ducens per medium cilium
 & exteriorem partem transmittetur, deinde p̄ filum sinis
 tra manu sublata palpebra, dextra , mucrone scalpelli,
 post filum eadem in sinum coacta inuertetur, & subtus
 linea interius q̄ pīlī pungentes habeantur per cilium du
 cetur, à maiori angulo usq; ad minorem pertinens, filo
 autem post interiorem sectionis lineam subiecto, polli
 ce manus sinistrā exiguum quoddā linamentū implici
 tum obiiciētes, sup cilium attollemus, aliaq; parua līna
 menta implicita summis angulis imponentes famulo
 posterius stanti iubebimus, ut palpebras p̄ ea attoillat, atq;
 que tunc linea uero modo rectā, obeliaēam Græci uo
 cant, primū scalpello fibulis aptato incidemus paulo su
 perius q̄ naturales pīlī existant, ab angulo ad angulum
 tendente, altā ut sola positi cutis diuidi: post eā, lunatā
 adhibebimus, incipientes qdē unde & uero similitudine
 incepit, in tantā uero sublimitatē tendentes, ut totā cu
 té quæ supflua est circūscribamus, desinentes q; similiter
 ubi & illa iā cōmemorata linea. Postea cū cutis duabus
 lineis circumscripta myrti similitudinē repræsentet, angu
 lo q ad dextram nostrā spēctet hamulo transfixo totā
 hanc cuticulam excoriabimus, deinde uibicibus spon
 gia ter quaterve ablutis, oras uulneris contrahemus à
 media auspicantes, acūm uero per ipsam interiorem se
 ctionē transmittentes: porrò filum ex lana esto. Cæterū
 quod eius superfluum est amputabimus non prope fi
 bulas, sed ut circiter trium digitorum longitudo otiosa
 p̄deat, eamq; per frontē exorrectam, cum emplastro
 quoddām conglutinante applicabimus, palpebræ autem
 pilos à fibulis mucrone acus liberabimus. Hic igitur

PAVLIXÆGIN ETÆ

agendi modus & communis & securus est. Non nulli excoriationem fugiunt, eo q; post ductam subtus lineam, specillo palpebris continendis accommodo, hoc est, ad paupere circundatum figurato, id quod superest cutis, elevatum scalpro amputant, ac fibulas, ut comprehensum est iniiciunt. At si in parte aliqua solum palpebras ex pilis oriatur punctura, illi etiâ soli manum adhibere conuenit, deinde linamenta implicita posca, madi da imponemus deligabimus q; imbuentes ipsam partem posca aquatica usque ad tertium diem quo ligaturam soluemus, ac superflua fili parte abscisa oblinemus palpebras, uel croco, uel glaucio, uel aliquo collyrio, quod inflammationem arceat, exempli gratia, crocode & ex rosis composito aliquo. At si inflammationem fibulæ intulerint, etiam emplastrum aliquod tenue ipsis super accommodabimus, & ueluti latte infuso oculum leniemus, rarefactas autem suturas amplitudine abstrahemus. Notus mihi quidam est qui palpebra, ut dictum, excoriata, fibulis non uteretur, sed medicamento cicatricem inducente curationem absoluere. Nam vulnere ad cicatricem ueniente, palpebram particulatum attollens pilos extra inclinationem coegit. Quemadmodum igitur alius quispiam ne excorians quidem palpebram ne que externis duabus utens divisionibus, sed interiore solum adhibita, palpebrae rugas digitis uel hamo attollet, item duabus arundinulis aut hapsulis quibusdam palpebra longitudinem & quantibus, latitudinem angusti scalpelli, quod uenit secundis adhibetur, superfluum totam cutem medianam prehensam constringebat, utriusque ipsius terminos deuincentis. Atque hac ratione, tota posterior cutis alimentum non sentiens, eo q; emoriens, intra decimum aut plurimum quintum decimum diem cum arundinulis aut hapsulis excidebat, ita ut ne cicatrix fere aliqua appareret.

QVOMODO PALPEBRA ME dicamento uraneur,

Cap. IX.

Vstitutionem palpebratum ex urente medicamento factam, omnes, ut uno uerbo dicam, ueteres dā nauerunt, tum propter medicamenta acrimoniam oculis insidiantem, tum quod ex immodica ustione affectus nascitur, quem Græci lagophthalmum appellat, in quo hiantibus palpebris qualicunq; de causa lumen offenditur. Quoniam uero multi à pilis semper punctionem experientes, ne uocabulum quidem suturæ frequenter audire sustinentes, detinent plerunque nos etiā inuitos, tanquam aliis destituti præsidii ustionem per medicamentum adhibemus. Compositio uero medicamenti hæc recipit calcis uiuæ partes duas, saponis galici uel communis totidem (quidam etiam aphroni tri partes quatuor) leuigatas cinere lixiuo, aut saponario, aut alio, è fico, aut querco, aut urina pueri impuberis excipientes mucrone lalPELLI palpebrae iniiciemus, tam tum in myrtacei folii figuram adurentes, quatum etiam in descriptione comprehendimus. ubi iam primo medicamenti impositu cutis fuerit adusta, eo spongia ablatu rursus aliud iniiciemus, tam diu id cuti inhærere sinest, quo usque nigrescat. Si id non assecutu fuerimus, etiam tertio induetur. Postquam uero cutis nigruerit, & reliquum iam crusta oborta medicamentum ablueris, & balneis, & superfusionibus, quo usque crusta decis derit utemur. Inde rasibus linamentis & collyriis tenetis, cicatricem moliemur.

SI OCVLV S CVTE NON CON
tegatur, lagophthalmum dicitur. Cap. X.

LAgophthalmum uocant cum superior palpebra sursum retracta est. Accidit autem hoc ustii, aut naturaliter, aut ex cicatrice vulneris eiusq; uel sua spōte facti, uel ex surura, uel ustione, ut nup dicebamus, parū dextre administrata: in qua etiā solum medicocris emendatio fieri potest si palpebra crastinem notādam habeat non enim cōuenit ipsa cicatrice diuisa, & oris p linamentum diductis, etiam deligatura prorsus usq; ad

PAVLINÆ GINETÆ

absolutam curationem uti, ita ut non nimil sicca, sed relaxantia magis unguina adhibeantur: quale est foenum græci succus superflusus & basilicum tetrapharmacum quod linteolis illinatur resolutum.

DE INFERIORIS PALPE

bra suture & ustione per medica
menta. Cap. XI.

Quod pilorum affectibus superior palpebra op
portuna est, tot etiam inferior. Etenim ultra na
turæ suæ modum excrescens, invertitur & pha
langosim, & distichiam, hoc est, sub ordine naturali pi
lorum, alium ordinem successenter sustinet. Eodem
igitur modo quo in superioris palpebræ sutura, utendū
est, ordine inverso primum lunata incidi linea debet, ut
sanguinis fluor impeditatur, deinde ueru instar recta. Su
bus uitanda est seccio, quoniam palpebra inferior pon
dere suo genuino prompte invertitur. Cæterum reliqua
curatio in alterius palpebræ sutura tractata, hic quoque
conueniet, præter quod filorum excessus fronti nō sint
agglutinandi. At si in hac etiam affectione manum exti
mescens, ustionem potius è medicamento deligas, hāc
quociam traditam habes.

DE ECTROPIO. Cap. XII.

Quemadmodum superiori palpebre uitium uo
catum lago phthalmon, ita inferiori ectropion
oboritur: uerū id intercedit discriminis, quod
hoc non è natura prouenit, sed nonnunquam ex relaxa
tione, quam medicamenta in id efficacia, inflammatio
ne præcedente concitarint, nonnunquam ex sutura, aut
inartificiose ustione palpebra invertitur. Acu igitur
duo līna trahente carunculam transfluemus, à sinistro
re angulo ad dextrum deducta. Deinde lino utris
que ipsius extremis admoto, carunculam per acum
attollemus, atq; ipsam scalpello excindemus, auferētes
simil cum ea & acum. Atque si figuram palpebra rece
perit, & æqualiter sit conuersa, satis manu profectū est.

Sin autem postea quam caro fuerit ablata, adhuc inturatur, auersum scalpellum quam partem Græci cyathis scum nominant, iuxta mucronem, palpebræ sectæ subilius clemens, ac in externa illius parte duas incisæ lineas, à duobus factæ sectionis angulis, auspicantes, in fastigium mucronatum ducemus, easq; in figuram A literæ Græcorum similem cogentes, carunculam amputabimus, ut acumen ipsius infra spectet oculum. latitudo supra, ci- lum appellatum respiciat. Secundum hoc diductas oras acu ex lana filum ducente commitemus, duabus fibulis contenti. Quod si uero suturæ, aut uestioni fertur acceptum ectropion, etiam sub inferioribus palpebræ pilis per ipsam primam cicatricem lineam simplicem incidemus, labrisq; diductis linamenta inseremus, ac aliis prædiis, quæ in lagophthalmis comprehensa sunt, ut emur, præterquam fomentis, usque dum sutura fuerit coagulata.

Q V O M O D O P I L I P A L P E B R A M I
irritantes euelantur, & ustio per ferrum
adhibeatur. Cap. XIII.

IN quibus haud multi palpebræ pilis habentur, qui oculum irritent, sed circiter unus, aut duo, aut plurius, tum tres, inuicem propinqui, euulsionem quam ana brochismum uocant, probamus. eaq; sit hunc in modum: Per acus tenuissimæ auriculam capillum muliebris aut simplicissimum byssinum linum transmittitur, duobus simul extremitis commissis, ut quod inferitur duplo cœ habeat ansulam, itē alterū huiusmodi filum, aut capillus ansulæ insinuatur: traductaque acu per cilium ubi pilis enati apparent, pilum, pilosve per amentum ansulæ insertos detrahemus. Et si quidem palpebræ pilus prehensus est, ansulam attrahimus. Sin uero unus, aut plures excederint per initium iniectum, rursus ansulam deorsum trahemus, iterumq; pilo, seu pilis in eam positis, attrahe mus. At si unius duntaxat pilus gracilis oculum pungat, etiam alterum ex naturalibus palpebræ pilis simul euel-

PAVLI AEGINETÆ

Iemus inunctum prius gummi, aut alio quodam glutinante, deligabimusq; donec pilus coalescat. Nonnulli autem unctionem præponunt euulsioni: palpebram inuentunt, extractoq; uulfella pilo pungente siue uno, siue duobus, uel etiam tribus, candes aut specillum, aut eius modi aliquod tenui instrumentum loco adiungunt, unde pilus pilive sint euulsi. Sic enim cute desata, nullus pilus enascitur.

DE HYDATIDE. Cap. XIII.

Hydatis pinguis quædam est substantia, palpebre cuti naturaliter substrata. In aliis quibus autem, & præsertim pueris seu natura humidioribus auge scens malorum superuenientium causa redditur, dum oculum pondere suo grauat, eoq; fluxionem excitat, palpebra igitur in hoc uscio detentæ infra supercilia a quam inter cutem representant, nec ut pars est sursum possunt atolliri. Si uero digitis ipsas deprimamus, inde digitos separamus, quod medium intercedit, inflatur. Horis autem antelucanis potissimum defluxione tentatur, neque contra solis splendores cernere sustinent, sed illachrymant, continuoq; lippitudinibus infestantur. Sis gurato igitur commode ægrotō digitis duobus, indice & medio paululum distantibus palpebram constringimus, collectionem quandam hydatidis ad medium dīgitis interpositum molientes. Ministro autem posterius stanti caputq; ægrotantis firmiter continent iubebimus per medium superciliū palpebram modice attollat. Nos sumpto in manus scalpello, ipsam per medium linea transuersa diuidemus, non maiore quam in sanguinis per uenas detractione fieri solet, alta uero ut totam cutem diuidat, uel etiam hydatidem ipsam attingat, sed cura omnino debet adhiberi plerique siquidem altius demisso scalpello, uel membranam quæ à cornu similitudine Ceratoides dicitur, uiolarunt, uel certe palpebrae musculos conuulherunt. Atque siquidem protinus hydatis in conspectum uenerit, ipsam extrahemus;

fīn minus, itē um diuisionem leniter moliemur. Vnde si appaeruerit digitis cum linteolo molli apprehēsam huc illuc nonnumq; etiam circumactam mouendo extrahēmus. ubi ablata fuerit implicitum paniculum posca madentem impositumq; deligabimus. Sunt autem q& leuigatam salem scapelli capitulo diuisionibus inferat, ut si ex hydatide quipplam fuerit relictum, ipsam confusat: postquam soluerimus si desi inflammatio colo lyriis quæ illini possint, aut lycio, aut glaucio, aut crocco curationem expediemus. Si inflammatio urget, cataplasmatis ad eam inscriptis, aliisq; præsidii medebimur.

DE PALPEBRI COMMISSIS.

sis. Cap. XV.

inferior superior palpebra cum inferiori cillo coadūscit, interim cum membrana adnata, interim etiam cum ea quæ ob cornus similitudinem Græce ceras toides appellatur, ac morbus oculum difficilem efficit. Conuenit igitur uel specillo, lato palpebræ spatio sublesto, uel ea per harnulum eleuata commissuram dissoluere, cura adhibita ne cornea membrana vulneretur, atque inde procidentia occasio fiat. Vbi inciderimus, sive in oculum infuso linamentis palpebras diducemus, ne rursus commissura fiat, lanaq; quo madente imposita post tertium diem extenuantibus & quæ cicatricem inducunt collyriis utemur.

DE CHALAZIIS. Cap. XVI.

Chalazium otiosi humoris in palpebra colluies est: quæ si ab exteriore parte palpebræ coaceretur, scalpello extrinsecus trāuerlat linea incidi debet: deinde specillo, uel aliquo huiusmodi instrumento chalazion auferemus. Quod si magna est diuisio, aut dehiscit, fibulis oras committemus, ac emplastro utesmur. Si exigua est, omisisis fibulis, curationem absoluemus. Si ab interiori parte fuerit, ut per cartilaginem ipsa pelluceat, inuersa palpebra & transuetum

PAVLI AEGINE TÆ

intus diuisa chalazion tolletur: quo facto, muriat uul-
neri infundemus.

DE VERRVCIS ET EN-
canthide. Cap. XVII.

PAlpebrarum uerrucis, & in maiori angulo encan-
thidibus appellatis uulsella prehensis, scalpels
loque amputatis, chalcitidem leuigatum impos-
nemus.

DE VNGVE OCULO RVM,
quod pterygion à Græcis uocas-
tur. Cap. XVIII.

PTerygion neruosa membrana est, quæ ab ocul-
i angulo maiore initium capiens per minorem
ad exteriora progrederit, officiūq; oculo, motum
ipsius, & bulbi contractione impediens, & quod progre-
diens totam pupilam contebat. Cum igitur facilius cu-
rationem recipient, quæ tenuia sunt, & albiant, hunc in
modum admouenda manus est. Didunt palpebris, un-
guem hamulo mucrone intus recurvato exceptum at-
tollimus. Acum uero, pilum equinum, aut linum ualidū
ducetem, ac paululum inflexam per lumina ad unguis
dimidium traicimus. Et lino quidem unguem deliga-
tum sublimem eleuamus, pilo autem partem pupillæ p-
ximam perradentes, usque ad terminum excoriamus.

R eliquam partem maiori angulo uicinam scalpello su-
turis dacto ex basi absindimus, ita ut anguli caruncu-
lam relinquamus, ne ea ablata, humor postea semper
descendat, rhyada Græci uocant. Aliqui lino unguem
eleuatum, ut diximus, scalpello in id accommodato, to-
tum illum excoriant, euentus ne à cornu dictam Cera-
to idem tunicam attingant. Post manus administratio-
ne momento salis in leuorem detriti loco iniecto la-
nam ouo imbutam illigabimus. Ab huius solutione,
muriat ipsis liberaliter instillabimus. Si inflamatio sub-
secuta fuerit ad eam inscriptis auxiliis succurremus.

DE STAPHYLOMATE. Cap.XIX.

Staphyloma est membranæ cornæ cum ea quæ
ab acino puerorum appellatur, infirmatae, aut uitio
defluxionis, aut exulcerationis incurvatio. Ad mos
uenus autem huic uitio manum, non ut usum abolis-
sum restituamus, uerum ut moderatum egrotanti deco-
rem conciliemus. Itaque acu ab inferiore parte sursum
per basim staphylomatis trajecta, deinde alteram acum
duplex linum ducentem ab angulo qui ad manum spe-
ctat, ad alterum per basim staphylomatis transmittere
oportet, manenteque prima acu, lini plexu amputato,
staphylomatis aliam partem sursum, aliam deorsum
filiis devincere: atque tunc acu detracta lanam oui liquo
re imbutam imponere. Post solutionem blandis infus-
tionibus oculum lenire, donec fila simul cum staphylo-
mate decidant.

D E O C V L I S P V R V L E N T I S,
qui hypopyi dicuntur. Cap. XX.

De oculis purulentis Galeni uerba apponere abū
de est, quæ in eum modum habent: Nostra æ
te medicus quidam ocularius cognomento Iu-
stus, etiam concusione capitis plerosq; hypopyos, pero
sanauit, collocans enim eos in sella rectos, ac capita ip-
orum utrinque à lateribus comprehendens, mox qua-
tiebat adeo, ut pus ipsis descendere palam uideremus.
mansit autem horum puris colluuiis infra propter gras-
ultante substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquam
manentibus nisi admodum quis diligenter ea impingi
cogeret. Ac progressus iterum idem Galenus, inquit:
Frequenter autem multum simul puris uactuauimus tu-
nica ea diuisa, quæ cornus speciem refert, paulo supra
locum quo uniuersa inter se tunicae committuntur, no-
minant autem locum Græci nunc istim, nunc stephanen-
hoc est, coronam. Hoc quidem Galenus in commenta-
rio de morbis curandis prodidit. Ceterum post puris
euacuationem, ulcus ex multa factis, aut apomeelite in-
fusionibus repurgantes, deinceps reliquam purgatio-

PAVLI A GINETÆ

nem accommodabimus.

DE SVFFFVIS. Cap. XXI.

Spupillam concretio est, quæ uisum impedit, aut certe ne clare oculus cernat, efficit. Accidit potissimum ex perfractione ac imbecillitate spiritus uisorii, eoq; seines magis & longo morbo confectos inuadit, sit etiam ex uomitu uiolentius concitato & ex iectu, aliisq; pluribus de causis. Verum de his suffusionibus, quæ nondū radices egerunt, nullam manus administrationem requieruntibus, tertio libro comprehensum est. In hoc autem eas, quæ iam confirmatae sunt & ex toto concreuerant, notis suis describemus. Omnes igitur suffusione laborantes lucem uident, aut multam, aut paucam, eoq; distri-
mine suffusiones ab hebetudine & glaucomate separa-
mus, tum eo quod hebetudinem & glaucoma experti
lucem omnino nullam cernunt. Rursus igitur Galenus
docebit te suffusionem & concretionem & differentiam,
item quomodo his manu mederi conueniet. Oculus
suffusione tentatus concluditur, & palpebra magno dis-
gito ad oculum premitur, eiq; adducitur, simulque hac
illac exprimitur, deinde oculo aperto & mente ei adhuc
bita suffusione conspicimus. In his enim quibus humor
nondum coaluit, fusio quædam ex dñiti impressione
oboritur ac primum latior appetet, rursus in suam & si-
guram & magnitudinem recurret. At in confirmatis suffu-
sionibus nulla immutatio nec latitudinis nec figura ex
impressura obuenit. Quoniam uero commune hoc
est indicium & eorum in quibus modice, & illorum in
quibus supra modum humor concrevit, colore ipsos
discernemus. Nam si ferri aut marinæ aquæ aut plumbei
coloris suffusio habeat, moderate coaluit, & ad ejectionem
idonea redditur: si uero gypso & grandini
similis color suffusionis est, supra q̄ par est coconcrevit: Sed
quia haec à Galeno didicimus, collocato & rotante ad
uerso lumine circa solem, oculum sanum accurate deli-

gabimus, & diductis alterius palpebris recedemus ab
 iride appellata ad minorem anguluni, quantum scalpel
 li muro spatii continet, atque tum punctorii stili mucro
 ne locum designabls quem puncturus os: in sinistro qz
 5 dem oculo dextra manu functionem obiens: in dextro
 autem sinistra. Atque inuersa punctorii specilli acie quæ
 ad extreſum rotunda est, ualenter impinginuſ, & par
 tem designatam usque ad uacuum intus ſinum penetra
 mus, idqz tam alte fiet, quām pupilla ab iride nuncupata
 distat. Ex superiori igitur parte uertici ſuſuſionis ſtimuſ
 lum adigentes, (uidetur autem conſpicue ferrum, quod
 tunica cornea pelluceat) humoris colluuiem per ipsam
 in subiecta loca deriuabimus. Et si protinus educta fue
 rit, ſistemus quiescentes paululum, ſin autem recurrerit,
 15 rursus ipsam deducemus. Euacuata ſuſuſione, ſtilum
 tollemus, leniter circumuerēdo. Post hoc oculo aqua
 elotopauxillum ſali cappadoci instillabimus, lanamqz
 ouikateo madescenſem impositam deligabimus, ita ut
 ſanum quoque oculum comprehendamus, ne una cō
 20 moueatur. Cæterum collocantes ægrum in domuncula
 la ſubterranea iubebimus prorsus ipsum conuiſcere,
 tenui uti uitru, aduque septimum diem illigatum niſi
 quid prohibeat. Post hunc ſolutis ligaminibus uifum
 25 experiemur, ostendentes ei res quasdam uifibiles, quod
 dum manu curamus, aut poſtea, fieri diſſuademus, qd
 ex conniuenti admodum intuitu prompte rursus ſuſuſ
 ſio repleatur. Si inflammatiō urgeat, etiam ante ſeptimū
 deligatura ſoluta, aduersus hanc pugnabitimus.

DE AEGILOPE. Cap. XXII.

30 **A** Egilops, tumens abſceſſus eſt inter maiorem an
 gulum & nares proueniens. Vix curationē ad
 mittit: tum partium tenuitatis cauſa tum periculi
 ne oculis conſortii lege indoleſcat. Si igitur per ſum
 ma ruptus fuerit abſceſſus, totum id quod eminet uſ
 que ad os excidendum. Et si ad malum ſubluuies deci
 derit, tota ipsam explicabim', os aut cariē nō dūſentiēs,

PAVLUSÆGINETÆ

Rademus. Quod si iam carie uexatum est, ferro candens
ti aduremus, spongia frigida madente, oculo imposita,
Sunt qui post catunculæ excisionem terebra usi, humo-
rem, aut pus in nares deriuariant. Nos autem satis habui-
mus eousque solum ferramentis ad ægilopem accom-
modatis adutere, ut squama abscederet. Ab uestione omni-
phacomelle, uel si dioto, resquisque fiscantibus presu-
dis utemur. At si ægilops serpat ad angulum summaq;
inuadat nequaquam, tunc scalpello, quo aut pterygia,
aut uenas secamus media anguli parte ad abscessum
resoluta, carnes ex alto educemus, item mediocriter de-
siccabimus. Vtrum autem puluis tenuissimus ipsis inspar-
sus, mirabiliter desiccat. Ad hæc aloe similiiter cum man-
ta, Reliquam uero ægilopum medicinam, tertio libro
sumis executi,

SI MEATVS AUDITORII

non perforati sint. Cap. XXIII.

Hic affectus à prima natali die contrahitur, mem-
brana quædam auditorium meatum obstruens
te, nunc per summa, nunc in alto, postea accidit
facta exulceratione, siquidem caro supernascens ipsum
occludit. Itaque si membrana auditum impediens alte
inhæretur, difficulter erit curatio. Tentandum tamen est,
tenui quodam instrumento ipsam incidere, si in summo
fuerit, scalpro quod Graci scolopomachæron appellant, hanc
diuisam, ubi uestis exigat, etiam auferemus. At si caro supercreuerit, hanc unguium scalpello aut spathula
acutiore tollemus; deinde tortile linamentum ex
uiliore panniculo spatio meatus sinu aptatum aqua
imbuemus: inuolutumq; chalcide leuigata, aut huius
modi quodam arido in meatum demitteremus, ne rur-
sus caro enascatur. Si inflammatio male habeat, proti-
nus id auferemus. Si fundat sanguinem, meatus, sponsa-
giam aqua frigida imbutam imponemus, aliisq; conue-
nientibus utemur remedis.

Ad ea

AD EA QVÆ IN MEATVM

auditorum inciderunt extrahenda.

Cap. XXIIII.

Soleat etiam in aurem incidere, non modo calculus,
sed etiam uitrum, faba, & siliquarum grana, uitrum
itaq; & calculus suam feruant magnitudinem: faba
aut, & siliquarum grana, aliaq; id genus naturali modo
re corporis inflata, maximos cruciatus mouent. Conue
nit igitur uel specillo, uel hamulo, uel uulsellâ hæc extra
here. Aut uiolenta capitis conquassatione, aure super cir
culum quendam imposita. Iam uero acu arundinea hæc
subinde extraximus, exgentes etiam aquam auribus il
lapsam similiter, cera arundinis ambitum quo auri inici
tur, obstruentes ne spiritui usquam sit exitus. Calculos &
eius generis corpuscula, eduximus specillo lana inuolu
to & in resinam terebinthinam, aut aliud quoddam glu
tinans demisso, eoq; in meatum auditorium coniecto
leniter. Sin ista nihil proficiunt, medicamento quod sters
nutamentum prouocet naribus indito, os & fauces ob
turato. Si ne horum quidem ulli cesserit prius q; inflans
matio, conuulsio, & omnino periculum fuerit subsecu
tum, scalpello ipsa auferemus, figurabitur itaq; ægrotus
ut auris auersa sit ad basim ipsius retro appellatam fis
bram, & lunata utemur diuisione exigua, retusaq; specilis
li parte corpusculum quod infidet, eximemus. Hoc abla
to uulnus fibulis suemus, & medicaminibus ad cruenta
inscriptis utemur.

DE POLYPO. Cap. XXV.

Polybus tumor est præter natura in naribus obo
riens, ex marini polypodis similitudine nomen
fortius, tum quod illius carnem repræsentet, tum
quod suo complexu quemadmodum ille, captantes ul
ciscitur, nares ipsorum comprehendens, ita & uitum
hoc laborantium nares obstruit, id efficiens ut difficul
ter respirent, & sermonem ægre exprimant. Duri igitur
polypi, tactui renentes, liuidi & maligni, ceu cancri na
PAV. ÆGIN.

FF

PAVL I AEGINETÆ

turam induentes, attingi non debent. Friabiles autem magis, laxos, stupidos, neque maleficos scalpelio curare tentabimus. Figurato homine in sedili aduersus solis radios, & narium meatus sinistra manu explicato dilatatoque, spatula ad id facta in myrtacei folii modum acuta orbe culatum polypum, aut carunculam dextra praecedentem, illuc acie ferramenti imposita, ubi naribus adhæret: secundum hanc auera instrumenti parte quam cyathiscum appellari diximus, succisam carunculam foras eximemus. Et si quidem purum naris meatum uiderimus effectu, ad curationem descendemus. Si reliquæ aliquæ polypi superfuerint, alterius cultelli rasorii, acie relictum corpus cum tensione, agitatione & rasura ualenti auferemus. Malignos & peruicaces polypos candentibus ferramentis adurere consilium est. inde remediis uestioni dicatis uti. Postquam ferro satis effectum, spongiam exacte posca, aut uino imbutam in nares effundimus. Et si humor per palatum in fauces euaserit, bene se habent munia scalpelio obita: si minus permeet, nota est carunculam polypi osibus à colando ethmoidibus dictis infidere, aut supremis narium partibus, quam instrumenta non comprehendenterint. Linum igitur mediocriter crassum funiculi instar, ceu duorum triumve digitorum longitudinis in nodos constrictum, per specilli foramen transmittemus, alterumque extremum specillo per nares sursum ad meatus colatorios inferetur: idem per palatum & os eicientes utraq[ue] manu extrahemus, tanq[ue] sarcomata nodis per forantes. Deinde funiculari linamento meatum dividetur habentes post triduum pastillo Musæ, & consimilibus, reliquias absumentius simul & locum exiccamus. Postea uero pastillis cicatricem ducentibus utemur, plumbeas soleras naribus, si opus sit, per totam curationem accommodantes.

CVRTA IN AVRIBVS, ET

labris quomodo sarciri possint, Graci

uocant colobomata, Ca. XXVI.

C Vta igitur in auribus aut labris, colobomata
Græci vocant, hac ratione curantur. Primum cu-
tis ab inferiori parte soluitur: mox oræ uulnérū
contrahuntur, ac id quod in callū coaluit, auferuntur. Dein
de suturæ illis iniici debent, & conglutinantia.

D E E P V L I D I B V S E T P A R V
lidibus, quæ sunt gingivæ tubercu-
la. Cap. XXVII.

E Pulis carnis tuberculum est iuxta dentium aliquæ
in gingivis oriens. Parulis exiguis abscessus est,
gingivæ infestans. Epulidem itaq; uulnella, aut ha-
mulo eleuatam præcidemus. Parulidi in orbem exectæ
linamæta inserimus. Vidi autem subinde scalpello, quo
uenas secamus, ipsam duntaxat punctam, & pure vacua
to, consanuisse. post ferrum, uino collui præcipimus. In
sequenti die musa, tertio, antheram aridam uulneri inq-
ducimus, usq; diu curatio finitur. At putredo gingivis
oborta si congruis medicamentis non curetur, candenti
ferro ipsam aduremus.

Q V O M O D O D E N T E S E X I
mantur. Cap. XXVIII.

D Ens qui exitmetur usq; ad receptaculum suum
circuadri debet, inde forcipe paulatim concus-
sus, extrahitur. At si exesus est, id foramen tenui-
25 linamento primum replendum est, ne cōstrictus sub for-
cipe confringatur. Eo exemplo, sale tenuissimo inspar-
to relætas carunculas consumenus. Postea uino, aut po-
sca os colluetur dum confanescat. Quoniam vero sus
perflui nonnulli detens enascuntur, eos qui in naturaliū
30 sinus inserti sunt, scalpis excindemus: qui non illis ca-
uitatibus insinuantur, forcipe tollemus. Si autem dens
aliquis excreuerit, aut etiam contractus fuerit, nonnum-
quam thinario, id quod excedit, superfluumq; in eo est,
consumenus. adiectasq; ipsis, ut uerisimile est, squamas
35 auerso scalpelio, aut ralorio, aut thinario per pur-
gabimus.

PAVLI AEGINETÆ
DE LIGATIONE LINGVÆ
quod ancylion dicitur. Ca. XXIX.

Ligatio lingvæ, quæ ancyloglosson Græcis appellatur, alias naturaliter accidit, membranis durioribus magis; à prima origine curtatis lingvæ continentibus, alias ex acquisito ob cicatricem quamplam duriorem sub ipsa ex ulcere contractam. Qui igitur ex natura hoc uitii habent, eo quod tardè sermonem explicare incipiunt & uinculum sub lingua iusto magis appearat, exulceratione non præcedente, cognoscuntur. Qui vero ex acquisito, cicatricem manifesto conspicuam habent, Collocari igitur debet ægrotus in sedili ea figura ut linguam ad palatum suspendeat, & nerue illud uinculum transuersa plaga incidetur. Quodsi ex cicatrice aliqua ligatio prouenerit, hamulo transfixum, superiorē callum extrahemus, ac laterali facta diuisione ligationē soluimus, cura adhibita ne particulas alte latentes incidamus. Nam sanguinis profusio quæ sisti nequeat frequenter inde secura est. Post hęc aqua frigida aut posca uulnus debet elui, deinde medicina utendum quæ relæket & carnem inducat.

DE TONSILLIS. Cap. XXX.

Quemadmodum glandulæ induratæ, struma appellantur, ita etiam tonsillæ inflammationē expertæ, aut supra naturalem modum austæ, & ueluti desiccatae cibi potusq; & spiritus iter impediëtes, è regione utringi libi inuicem oppositæ, eodē partis uocabulo, tonsilla, Græce antlades uocantur. Quibus cum adest inflammatio, scalpellum admuovere cautio est, ubi illa modice conquerit, manum admoliemur, præsertim albis, contractis, angusta basi firmatis. Nam humiditate flaccescentes, rubicundæ, ampli basim habentes, facillime sanguinem profundunt. Collocato igitur homine aduersus solis lumen, iubebimus ut ore hiet, ministro caput continente, alteroq; linguan spaz, tha ad id facta quam Græci glossatochon appellat,

inferiori maxillæ apprimente, nos hamulo per tonsilla tralecto, etiam pro uestibus ipsam attrahemus, ita ut non membranas simul euellamus. Deinde totam ipsam ex basi ambutabimus scalpro ligationi dicato $\gamma\kappa\lambda\sigma^{\prime} \tau\delta$
 5 μονuncupant. Sunt enim duo eiusmodi instrumenta, aduersos acie inflexus habentia. Postquam una fuerit succisa, ad alteram eodem modo uice conuersa uenient dum est. Functione scalpello obita, æger ex aqua frigida, aut posca gargarizabit. At si profuuum sanguinis
 10 euenerit, etiam rubi, et rosarum, myrtic; decocto egelis do utetur. Si uero copia sanguinis prorumpat, plantaginis & symphyti succo: item ex electro pastillo & letnia sphragide posca soluta os collui debent. Cessante autem profuuo, proximo die rosarum flore, croco & amylo
 15 cum lacte perungentur ex aqua, uel oui liquore candido, uel hydrorosato. Si fordes ulceribus increuerint, et ex melle & collutiones & iustis commode adhibetur.

do DE VVA.

Cap. XXXI.

G Vergilio tanquam aliquod uocis plectrum suo
 20 binde destillationem à capite recipit: idem q; præternaturam auditus, si oblongior, tenuisq; fuerit, columella nuncupatur: si uero crassior in rotunditas tem creuerit, feraturq; deorsum, uua dicitur. utunque autem nomen à similitudine factum est. Si igitur uniuersalibus, nempe & per sanguinis dimisionem, & medicamento adhibitis uacuationibus non abigatur, neque etiæ remediis loco admotis, quæ astringant, repellantq; uel etiam digerere possint, cesserit ad scalpellum uenie mus: ne continuo irritatu, tussis, uigiliaz, interim etiam strangulatus subsequatur. Quæ igitur contractæ sunt, rotundæ, non oblongæ, cruentæ, uel subnigrae, non attingi scalpelio debent. Tenues autem, oblongæ, per summa graciles muris caudæ modo, remissæ, sanguino lenta non admodum, sed albantes, ex curandæ sunt.
 25 hæ siquidem protinus inflammatione liberantur. Id autem ex uua præciditur, quod præter naturæ modum eminet.

FF

iii

vide gal.
3 p. 103
tex. 2 i

PAVLI AEGINETÆ

Etenim si ad finem illa præcidatur, extremati omnes thoracis regiones noxiam percipiunt: & uox intermititur. Itaque figuratur ægrotus in sedili contra solis lumen, iubeturque magnum hiare, deinde uiselia, aut spes cillo quod supereruacum est prehensum, inferioriisque parti adductum scalpello uuis accommodato, aut futuris, præcidimus, inde quia in uasorum sectione comprehensa sunt agemus. Sepe uero, aut propter laborantis timorem, sanguinis profluui metum, medicamenta aridatatem ferrum uitantes, adurente potius medicamento hanc absumimus. Conuenit igitur medicamento aduertente quod in palpebratum unctione dictum est, aut eius generis alio, uiae ustæ sinus implere, ac homini magnu[m] hiare iussa lingua per famulum forcipe constricta, instrumento dilatato tantam uiae partem comprehendemus, quantam etiam sumus amputaturi. Cæterum spissitudinem medicamentum habebit neq[ue] liquidam, ne diffusens ab tua deerret subiectas autem partes adurat, ob quod aegro interdicimus ne per totum unctionis tenuis deglutiat; neque omnino duram, quo facilius uiae infundat, ac si ex uno ipsis inieictu somma uiae pars nigruerit, abunde est: sin minus, etiam bis utemur, ægro per totum administrationis tempus hiante, ut salvia aliquanta simul cum medicamenti particulis extra os euadat, siquidem hora una emoritur, excidit autem tertio quarto die. Secundum unctionem, lana molli aut flappa indice dito inuoluto q[uod] gurgulioni circu[m] adhærescunt, extergemus, uel etiam aqua os collui subebimus. At ceruicis regionem fomentis ex chamæmelino, tum in his tum in illis quibus tonsillæ ademptæ sunt ex consuetu[m] lege adiutabimus. Ad hæc gargarizationibus & perunctionibus similiter utemur.

QUONAMODO SPINÆ GVT
turi eximantur. Cap. XXXII. non sanari
Deuorantur subinde inter edendum spinæ, aut
piscium, aut aliorum quorundam, diuersis

In partibus. Quæ igitur in conspectum ueniunt, uul
selia, quam Græci proprie appellant acanthobolon, exis
tenuerint, ad ipsas fauces peruererint, alio
modo. Sunt qui dicant maiores moles esse deuorans
5 das, exempli gratia, caulem lactucarum, aut buccellam
panis. Alii uero spongiam puram mollemq; exiguae
magnitude lino illagatam deglutire iubent, linoq; ap
prehenso retrahi, idq; frequenter efficere ut spina impa
cta spongea educatur. Leonides autem iubet cataphaſ
matis uti quæ concoquunt, cuiusmodi ex cruda polens
ta conficiuntur, quo spina in pus redacta sua sponte exo
cidat. At si eadem hora aut etiam ante uentriculi con
coctionem in ægrotum inciderimus, eo quod infixum
est nobis nō conspicuo, uomere iubebimus digitis aut
15 pinnis in os dimisſis. Nonnunquam enim, id quod est
infixum unā cum uomitu edetur.

Q V O M O D O C V T T V R I N
cidi debeat. Cap. XXXIII.

20 **C**hirurgicorum præstantissimi hanc quoque ad
ministrationem literis prodiderunt. Antyllus itaq;
que hunc in modum scribit. In synanchicis quiq;
dem, ut in ea parte dicitur, quæ uictus rationem tradie
chirurgicam improbamus, cum inutilis sit praecilio, in
25 quibus omnes arteriae & pulmo affectus est. In ore aus
tem & mento inflammationem experientibus, aut etiā
tonsillis fauciū, os operentibus, in columni quidem ar
teria, ratio est guttur incidere, quo periculum strangula
tus evitetur: deinde cum infra gutturis caput spatio trilii
30 ipsius quatuorve circulorum manū adegerimus, partē
nonnullam arterię amputabimus, totā enim diuidere se
curum non est, tum q̄ hic locus excarnis sit, tum quod
uasa pecul à loco diuiso, sint dissita, itaq; cōcuso ægro
ti capite posterius, ut guttur reddatur cōspicui, transtue
35 sam sectionem inferemus, inter duos circulos ipsum
statuentes, ne cartilago, sed membrana cartilaginea

PAVLI REGINETÆ

Inuoluens, discindatur. At si meticulosior aliquis inter agendum fuerit, hamulo prius cutem eleuatam diuidet: deinde sic ipsi gutturi incidens, uasis, si forte sublabantur præteritis, fineam ducat. Hæc quidem Antyllus, coniliens guttur præclsum, tum quod spiritus per id cum murmurte quodam erumpat, tum quod uox intercisa sit, ubi uero de strangulatu metus amplius non est, oras uulneris recentes factas suturis committimus, ita ut so la cutis citra cartilaginem fibulis traiiciatur, ut emurq; medicamento quo cruentis facit. Si minus conglutinetur, præsidio quo carnem inducat insisterus. Simili uero curatione utendum etiam, si quis nobis obtigerit qui mortis desiderio iugulum sibi inciderit.

DE A B S C E S S V . Cap. XXXIIII.

Quod abscessus carnium, uel partium carnosarum corruptela mutatioq; sit, quomodo gene retur, quoq; eius sint differentiaz, quarto libro abunde tractatum est. Nunc autem quemadmodum manu scalpelloq; ei medendum sit, exponemus: cum omnino in pus transferit. Hoc autem deprehendimus inde quod dolores, febris, si præcesserit, rubor, pulsus & reliqua inflammationis signa minorata tunc appareant, ubi iam tumor in mucronem fastigatus est, & pus digitis innixis sublabitur, præsertim cum summa occupat abscessus, tunc ad scalpellū ueniūdū est. Si uero neq; ad tactum subficit, neq; fastigetur, q; in alto delitecat, aliis mutationis notis ad tendetes manū admoliemur. Scie dū uero est crudos interim ipsos priusq; ex toto in pus mutati sint, incidi, si aut articulis, aut principibus particulis uicini sint, ne ligamentum, aut aliquod membris ne cessarium aspidia putredine pariter contabescat. Porro abscessus dígito proximos crudos antequam in totū ematuruerint, dissecari Hippocrates præcipit, ueritus ne perforationem experiantur. Inciduntur ergo non omnes simili linea, sed naturali, ut in fronte: & pilosis locis, ut in capite, cura decoris quantum licet, habita.

Recta uero linea artus secamus, ueluti in musculis, dili-
 gentiam adhibentes ne & tierios & arterias & princi-
 pales particulas attingamus: interim in rectum, interim
 transuersim abscessu prout cuiusque usus exigit, diuiso.
 In minoribus unam scalpello sectionem molimur: in
 magnis plures, iuxta amplitudinis rationem, ubique ea
 quae tenuiora sunt & effluxioni idonea, incidentes. Illos
 sane abscessus qui plurimum fastigiantur, crudi, tenues,
 & emortui sunt, plaga in trianguli, aut myrtacei folii, aut
 alterius anguli figuram facta, diuidimus, cum circularis
 ad cicatricem recipiendam sit inidonea. Qui uero non
 in fastigium attolluntur, eos simplici duntaxat linea dis-
 secamus. At ubi magnum sinum inuenimus, si cutis sua
 perinecta carnosa sit, & queat conglutinari diuistione lo-
 ci ea duntaxat utemur, quae humoris emissario conue-
 niat. Si tenuis admodum est ex carnis, totam in longitu-
 dinem simpliciter disseccabimus. Inde si corpora utriusq[ue]
 sita gracilia ualde, & non carnosa uideantur, ipsa tolles-
 mus. Administrato iam scalpelli munere, spongia locus
 foueri debet: si parvus est abscessus, unaq[ue] diuiso, simo
 plex linamentum inseremus. Si magnus est & plures ins-
 cisæ lineæ, implicitum aliquid in longitudinem liname-
 tum, lemniscum Græci uocant, ipsis demitteremus, ipsis si
 militer plagas linamentis replentes. Quod si erumpat
 25 sanguis, aqua frigida, aut posca utendum, si ita non sub-
 stiterit, chalcitidis pollinem inspergemos, eoq[ue] frequen-
 ter ob fiaccidam humore putredinem utemur. Splenia
 si hyems est, & partes sint neruosaæ cœnelæo imbuta de-
 ligabimus: si aestas, & partes carnosæ hydrelæo, aut ip-
 so quoque cœnelæo frigido tincta illigataq[ue], sequenti die
 eidem liquoribus superfundemus. Post tertium diem
 solvantur, & per spongiam foton adhibentes tetraphar-
 maco, quod in linteola illinitur, utemur. Si inflammatio-
 ne caret uomica, idem fomentum ex medicamine lina-
 mentis illito accommodabimus. Si inflammatio adest,
 cataplasma quod concoquendi vim habeat, iniiciemus,

P A V L I T E G I N E T A E

superfusionibus antea usi : ubi cessauerit inflammatio,
medicina quæ pus maturet, & carnem inducat, medebi
mur. Cæterum sinus, glutinantibus remediis , ut qua-
to uolumine de sinibus comprehensum est, cura-
bitus.

D E S T R U M I S . Cap. XXXV.

STruma, quæ Græce choeras dicitur , glandula est
indurata, in ceruice, alis & inguinibus potissimum
enascens. Nomen habet à chœradis petris, aut sul-
bus, quod numerosæ sibolis existant, aut quod colla
habeant glandulosa. Oriuntur autem strumæ in priori
ceruicis parte, aut in altera , aut utrinque una, aut duæ,
aut plures. Omnes autem suis membranis includuntur,
quemadmodum fœatomata, atheromata, & meliceri-
des. Quæ igitur indolent attacku, & medicamentis im-
positis deteriores redduntur, malignæ sunt, quas etiam
carcinodas aliqui dixerunt, notumque est omnibus per
manum curationi ipsas non cedere. Morigeræ autem
ac blaneæ tum tactui, tum congruo medicamentorum
usui, hoc modo tractandæ sunt. Superficiaræ igitur . &
in cutem erumpentes, simplici linea diuisæ, ab incumbé-
tibus dissoluuntur; orarum cute hamulis distenta, mem-
brana excoriantur, ut in uasorum confectione, quam an-
giologiam uocauimus, expositum est, ac paulatim exis-
mentur. Maiores autem strumas hamis transfixas suspé-
demus, & similiter excoriatae corporibus eas contine-
tibus undiquaque liberabuntur, animo adhibito ubiq[ue],
ne arteriæ quas carotidas uocant, & nerui recurrentes
violentur. At si uas aliquod diuisum opus adumbret, fu-
niculo id excipietur, uel per medium amputabitur, nisi
magnum fuerit: ubi in arctum strumæ basis uenerit, dex-
tre ipsa præcidetur: ac indice demissâ tentabimus num-
& aliæ sint strumæ adiectæ quæ eodem modo auferen-
tur. Quod si magnum aliquod uas aut etiam plura sub
inde in strumæ fundo esse suspicemur, non ex basi ipse-
sam excindere, sed funiculo excipere conuenit, quod par-

L I B E R S E X T U S.

230

ticulatum citra periculum sua sponte excidat; quo tempore medicamento in linteola illito, curatio tentabitur. Si uero inde excindantur, oras committemus. omnino autem rectas diuisiones adhibere oportet. Atque si nihil superfluum habuerint, inde fibulas iniiciemus. Sin ex strumæ tumore cutis sit amplior, parte ipsius myrti instar ablata, futuris utemur, & medicamen cruentis aptus iniiciemus.

D E S T E A T O M A T I S , A T H E

tomatis & meliceridibus, C. XXXVI.

Hec quoque in abscessuum genere comprehen-
duntur: sed hoc discrimine ab illis uariant, quod
abscessus propriè dicti inflammationem dolorē
que testentur, & acrem humorem, ac rodentem contus-
tient, nulla peculiari membrana, aut tunica inclusi. Ceterum illa inter se quoque differunt, quod humor in ste-
atome contentus, appellationi congruenter seu sit
persimilis. In atheromate, pulvi frumentaceæ. In melice
ride, humor mel repræsentet. Agnosces ipsa hunc in
modum: Steatoma aliis durius est, tactui renititur, & ba-
sim habet solidorem. Meliceris laxi cuiusdam corporis
modo subfiderit, & tarde quidem funditur: cito autem
rursus succrescit. Curantur hæc quæadmodum strunge, in-
cisione, excoriati, futuris & reliqua curatione, id solum
cauendo, ne membrana uulneretur, unde humor qui eō
tinebatur, profusus operationem impedit, & pars ipsius
relinquatur, nam renascendi illius occasionem ples-
runque in brachiali malleolo & articulamentis motu
dicatis exhibet, quemadmodum etiam struma uel tota,
uel portio ipsius relieta quæ si huiusmodi quippiam fue-
rit deprehensum, satius est non suere, sed exedentibus
medicaminibus reliquias absumere.

D E A N E V R Y S M A T E .

Cap. XXXVII.

ANeurytina tumor blandus taetu est digitisq; ce-
dit, ex sanguine & spiritu extensus, Galenus de-

PAVLI AEGINETÆ

eo hunc in modum scribit: Arteria aperta, affectus anes-
uryisma uocatur. Fit autem eadem conuulnata, quo-
ties exterior cutis cicatricem duxerit, arteria uero sine ci-
catrice remanferit, nec coalescens, nec carne obstruta.
Agnoscitur huiusmodi affectus arteriarum pulsu, imo
etiam prementibus nobis tumor quodammodo euane-
scit, substantia quæ ipsum efficit, in arterias recurrente.
Hæc quidem Galenus. Nos autem ipsos hoc modo in
uicem discernimus. Qui ad aperta arteria sunt, prolixio-
res apparent, & in alto constituantur: digitis q; impressis
ceu strepitus quidam exauditur, cum nullus sonus in iis
qui rupturæ feruntur accepti percipiatur: illi uero rotun-
di magis sunt, & per summa oboviuntur. Quæ igitur
alas, inguina & cervicem infestant, alia q; loca eximiæ
magnitudinis aneurysmata curare propter vasorum am-
plitudinem non tentabimus. Quæ uero summas partes
artus uel caput affigunt, hac ratione aggredi conuenit.
Si quidem ex arteria dilatata tumor obuenerit, cutem
linea recta in longum incidemus, deinde diductæ oræ
sicut in vasorum dissectione dictum est, excoriantur, &
scalpellis quibus membranae aveluntur circum purgata
arteria nudabitur, acu traecta duobus funiculis deliga-
tur, puncta prius scalpello per medium: ubi cum ambiæ
ti membrana unita fuerit, curatione pus maturante ute-
mur usque dum funiculi exciderint. At si ex ruptura ar-
teriæ ceratum sit aneurysma, totum id quatenus fieri lo-
cer, cum cute digitis apprehendendum est, deinde acu
duplex linum trahente, inferius eo quod exceptum est
transfluendum. Et post acus traectum anulam forcipis
cidere oportet, atque sic duobus filis hic illic tumorem
deligare, ueluti in staphylo mate comprehensum est.
At si metus sit ne fila circumvoluantur, altera etiam trans-
mittenda est acus per totum q; priorem premat similiiter
duo fila ducens: amputata anula ex quatuor ita tumo-
rem devinciemus, uel tumore per medium adaptato
post excretionem cutem adimemus, eam quæ ligata est

relinquentes, ac splenium ex cœnæo imponentes, res
mediis in linamenta illatis utemur.

DE C E R V I C I S T U M O R E
qui bronchocele dicitur.

Cap. XXXVIII.

Grandis in ceruice, & rotundus tumor fit, inueni
to ab interiore parte nomine, quam bronchon
Græci appellant. Duplex eius tumoris differen
tia est, alius enim adipe turnet, qualis sunt in abscessum
genera, quæ idem Græci steatomata dicunt, alius pars
tum illatum dilatatione accidit. Atque hunc notabim⁹
ueluti & aneurysmata, desperatumq; fugimus; cum simili
liter uniuersa aneurysmata periculosam habeant admis
nistrationem: præcipue uero quæ circa ceruicem oriun
tur, ob arteriarum magnitudinem. Qui adipe inturges
sunt, steatomatis similiter curari debet, discretis, prætes
ritis que uasis, eo nimirum modo quem in strumis ex
poluiimus.

DE GANGLIIS. Cap. XXXIX.

Ganglion, nerui est concretio, ex istu, aut labore
proficiscens: plerunque uero in manus iunctura
qua cum brachio committitur, talo, & articula
mentis absolvitur, quanquam in aliis quoque partibus
proueniat. Haec comites sunt notæ, tumor concolor, re
nitens, indolensq; At si uiolenter premas, stuporis sensu
sum exhibet, non in alto, sed ipsa sub cute radices ages,
& ad latera spectans. Si autem uia adigas, tum ante, tum
post, nequaquam id facit. Quæ igitur in cruribus aut
brachiis aut summis partibus oriuntur, excindere tutum
non est: periculum enim ne particula reddatur mutila.
At quæ caput aut frontem inuidunt, cute scalpello diui
sa curamus, & si quidem parua fuerint uulsellæ compre
hensa ex basi præciduntur: si maiora, hamis transfixa ex
coriatæq; tolluntur: oras suturis commissas, medicamen
to ad cruenta apto persanamus.

PAVLI AEGINETÆ
DE SANGVINIS DETRA

ctione per uenas. Cap. XL.

ET si omnibus latie constet, quomodo sanguis per uenas mitti debeat, tamen ne parti chirurgicæ ali quid defit, & propter artificiosas ipsius distinctio-
nes, committendum non est, quin de ipso tuerba facias-
mus. Primum itaque uenæ sectionis consilium est, ut san-
guis qui redundat, evacuetur. Copia uero ipsius dupli-
ci modo capi demonstrata est, uno ad uires, uenæ licet
plena non appareant, in quo statu homo protinus infi-
matur & virib' destitutus: natura ceu ad graue aliquod
onus ferendum impotente. altero uasa quæ id conti-
nent in alia pondus loca transfundere spectantur: eis vir-
tus haud cum molestia ipsum toleret. In quibus ruptis
interdum uenarum commercis sanguinis sputum, aut
aliae fluxiones accident. Copia igitur, quæ ex viribus &
stimator corporis grauitas, nota est. Venarum copia tu-
extensione, tum quod illæ plena tument agnoscitur. us
traque autem uacuationem necessariam indicat. Itaque
per morbi initia sanguinem usu id exigēte demittes, so-
la in uentriculo ciborum concoctione, aut etiam per se-
cta in locinore sanguinis elaboratione expectata. At si in-
ter initia ob causam aliquam sanguinis detracō p̄z
termissa fuerit, uel ultra septimanam eum mittere alienū
non est, si necessitas postulet, & uires non dissuadeant.
Cæterum qui uenam incisurus est, id habet inspicendū,
num multa steroris retentio intestina urgat. Quod si
ita deprehensum est, molli clystere aliud antea uacuar
debet: ne uenæ putridam aliquam excrementorum col-
luiem ab intestinis attrahant. Iis igitur qui ob morbi
necessitatem, sanguinis detractionem requirunt, quo uis
tempore ueniū incidentis, si particularium duntaxat in
febris accessionum vigorem seu statum excipiamus.
At si continens febris extiterit, matutinum omnino tem-
pus magis idoneum est, Qui uero nullo morbo urgen-

te, sed præcauendi illius gratia sanguinis uacuationem
 postulant, his uer opportunum est. Porro in æstatibus
 usque ad quartum decimum annum sanguis multus non
 debet, sicut etiam post sexagesimum, nisi necessitas quæ
 5 dam ineuitabiliis huic nos compellat. In summa imbecil
 lis uiribus prædicti, hanc uacuationem uitabunt. Cæterū
 in particulis recens inflammatione tentatis, ex opposito
 inanitionem moliri conuenit: in ueustoribus, ex pro
 pinquo: siquidem ex omni corporis parte sanguinem
 10 mittemus: frequentius aulem ex interiori cubiti uena.
 Verum id considerandum uenit, interiori & alariæ dis
 etæ uenæ per totum arteriam subiici: media nerum:
 superior quæ & humeraria dicitur, periculi expers est.
 Ac in capitib[us] morbis humerarum incidunt. In his qui
 15 infra cervicem affligunt, alariam: media utrisque conue
 nit, ligamine igitur arcto partem aliquam circa brachii
 musculos deligare oportet, & frictione manuum altero
 nante, repletam uenam usui commodam intrepide per
 20 totam ipsius latitudinem solam diuidere. Etenim maios
 res hac plage, ægre cicatricem admittunt: arctæ nimium
 inflammationem experuntur, præterquam quod cras
 sioris succi transitum impediunt. In quibus autem & se
 cundo & tertio die, in primi uero & quarto sanguinem
 25 detrahendum esse metuimus, obliquius uena fecari de
 bet, quo manus inflexu dehiscentis non protinus cicatris
 ce obducatur, sic enim uisum est Antyllo. At quantum
 euacuabitur, ex uirium robore, & morbi magnitudine
 metiemur. Si humoris copia subest, & materia effertur
 scit, una uice usque dum anima deficit extrahemus, uir
 30 tute uidelicet robusta. Sic autem ut æger non ex humo
 ris in uentriculum cōfluxu deficit: ob quod etiam mul
 ti ante iustam uacuationem & initia statim animo desti
 tuuntur: uerum eius deliquium his uacuati humoris ra
 tione obuenire oportet. Iam uero si magnam uacuatio
 35 nem res postulet, uires aut sint inuaidæ, distribuenda erit
 inanitione: ac primū parcius detraicto sanguine denuo idē

P A V L I A E G I N E T A

auf eretur: si res exigat etiam tertio. Cæterum uacuare
solemus corpus uniuersum non modo succis æquabiz
liter exuperantibus , quem statum Græci plethoricon
appellant ueluti & Galenus tradit, sed etiam propter af
fectus magnitudinem quanquam totum corpus humo
ribus uideas commoderatum, quemadmodum in san
guinis ex naribus, aut alia parte profluvio, quod non co
pia excitauerit: ac uacuare reuulsorio modo ex opposi
tis conuenit. Quin etiam in ualida inflammatione idem
faciendum est, sicut in colicis & renibus calculosis, lippi
tudine, & iis quo tam præcipiti modo urgent. Nam do
lor & partis inflammationæ calor defluxioni præbent occa
sionem, licet uniuersum corpus superfluitatibus careat.
Quapropter parcius id tunc faciendum est, uacua
tione adhibita, quæ potissimum laborantis ætati, & na
ture competere uideatur: considerato etiam anni tem
pore, loco, & ægrotantis consuetudine. Porro in quis
bus prope uenam quæ dividetur magna quædam est
inflammatio, quemadmodum in pleuriticis & iocino
rosis, optimum est expectare, dum color sanguinis, &
substantia mutetur. Diuersus autem est in inflammatio
ne sanguis, à naturali: quoniam largius incalens, si qui
dem prius erat crudior, rubicundior magisq; flauus es
uadit: si autem talis prius extiterit, in nigrum adiustu
atur. Non tamen ex toto mutationem ipsius expecta
re consilium est. Est cum & ante illam cessare conueniat
Idq; dupli de causa, aut ob virium imbecillitatem, quæ
ex pulsuum tactu cognoscet: sunt enim ipsi inæquales
uehementia, & magnitudine, uel etiam languidi, & te
nor fluxionem ruimpens imbecilles iam vires nota: aut
propter inflammationis malignitatem: nonnunquam
enim nihil remittit, sed uehementer impæcta est. At si nih
il horum obstiterit, ægeriq; floridæ ætatis sit, expectan
da est sanguinis mutatio, magisq; si ambiens aer tem
peratus fuerit. Si uero sanguis ante congruam uacuatio
nem fuerit suppressus, id autem accidit aut propter
timorem,

timorem, & animi defectum, aut sanguinis grumum, aut
 violentam constrictiōnem, contra singula pugnabimus.
 Animam deficiente, odoratis naribus admotis refos-
 cillantes: constrictiōnem, uinculo remisso foluentes: in
 grumum coactum sanguinem, uel olei infusione, uel di-
 gitorum fuso dissoluentes. Reliqua sanguinis dimittens
 di præparatio nulli non cognita est: uerum hæc in cubis
 ti uenit fieri solent. At ex fronte sanguis detrahetur in ca-
 pitis doloribus ita: capite fomentis adiuto, ligamine cer-
 vicem uinciemus, digitis super guttur interposiris ne sus-
 focatu ἁ̄ gri intereant: repleta iam uena in frōte, acie scal-
 pelli diuidetur. Eodem modo etiam circa guttur extan-
 tes uenæ sphaggitides appellatae ob uetus tam lippitudi-
 nem aduersa scalpelli parte scindentur, ita ut sanguis erū-
 pat. Item uenas linguæ subditas, ueluti in anginis, trans-
 ueras incidunt, euitantes constrictiōnem. Nonnulli ue-
 ro in maioribus oculorum angulis uenas eminentes, si-
 cut in longis capitib, uel oculorum morbis, similiem in
 modum diuidunt. In quibus internas quoque narium
 uenas uel mucrone scalpelli contundentes, uel quibus-
 dam asperis irritantes disrumpunt, item post aures sitas
 ob capitib affectus feriunt. Quæ uero popliteum perre-
 ptant, in renuni cruciatibus aperiuntur. Quæ extremas
 corporis partes intercurrunt, superiacentibus uinculo
 exceptis & manuum frictione, & pedum incessu reple-
 ta diuidentur, in sinistra quidem manu, cum lien male
 habet, uenam quæ inter paruum mediumq; digitum
 porrigitur, præcipue incidentis, cum iecur affigitur, in
 dextra. Nam extremarum partium inanitio, è longis
 quo magis facta efficaciorem molitur reuulsionem: in
 pede, ueluti cum coxendicu dolores aut uteri uitia ur-
 gent, eam quæ supra interiore malleolum eminet,
 dissecabitur.

DE SANGVINIS DETRACTIO-

ne per cucurbitulas. Cap. XLI.
 PAV. AEGIN.

GG

PAVLI AEGINETA

C'Vcucurbitulis neq; per affectuum initia, neq; cum corpora sūt plethorica, utemur: sed iis prius eua cuatis, cumq; nihil particulē influit. Vsus eius est mouere aliquid, agitare, & foras extrahere. Leuis itaq; cucurbitula inflationes discutit, distillationes in stomas chum suspendit, sanguinem attrahit, & profluentem rursus fistit, obiectis partibus admota: & quod alte conditū est, in summa rursus educit, in totum humores traducit, spiritus euacuat. At quæ cū scarificatu adhibetur efficacius ipsos per halitum egerit, sensibiliter ex alto ea quæ nocent eliciens: quippe nō modo sanguinem, sed alios quoq; humores vacuat, præsertim cū flamma ampliorē ad glutinata: uerū si à carnis particulis detractionē moliri statuimus, primū cutis scalpello exasperanda, de inde cucurbitula imponeāda est. Si in ex carnis magis pars fuerit leue prius cucurbitula desigemus: ubi in timore particula eleuata sit, scarificatu adhibito, rursus ipsam ac cōmodabimus: & si paululū vacuare cogitamus, una di uisio abūde est: si amplius plures adhibētur. Itē si tenuiorem q; continet sanguinē acceperimus, summa scari fieri, si crassorem, alta debent: quando etiam concretū ex ieu fanguinem educere animus est. Terminus autem moderatæ diuisionum altitudinis est, sola cutis crassitudo. Nonnulli instrumentum ad hoc excogitarū tribus scalpellis æqualibus simul iunctis, ut unica iniectione tres fierent plagiæ, uerum hoc nos inutile putantes simplici scalpello contenti sumus. Alii cucurbitulis usi sunt uis trevis, ut sanguinis qui vacuatur mensura in extractione pellucescat: uerum æneæ cum maiorem sustineant flamam, multo sunt efficaciores uitreis, quæ facile dirimus puntur. Quinetiam quæ ex cornibus, ore sugentes trahunt minus quidem inaniunt, non autem siccant quemq; admodum quæ cum flamma si opus fuerit, adhibentur. Cæterum cum admoturi sumus cucurbitulam, particulæ in rectum figurataæ ex latere hanc desigemus. Si enim iacentib; ipsis desuper linamentum ex lucerna

simul cum flama inducanus ex cute decidens illa gra
uiter adurit, usi hoc non postulante. Est cum cucurbitulæ
lx magnitudo subiectæ parti adæquabitur, eaq; de cau
sa permultum cucurbitulæ & paruitate & magnitudine
differunt, quemadmodum etiam collo prolixiores &
spatio inferiori latiores aliis efficacius extrahunt. Cauen
dum autem ne prope mamillas cucurbitula applicetur
nam illæsæ cucurbitulis nonnumquam mammæ & ins
turgelentes valide haud facile ipsas relinquunt, atque
tunc spongias ex calida cucurbitulis circundare oport
et, sic enim remittuntur: sin minus hoc modo fuerint la
xatae, perforari ipsas ratio est.

Q VOMODO ALÆ ADV
rantur. Cap. XLII.

Humeri articulo luxato in nonnullis caput frequens
ter & continue excidit, uel humiditatis superano
tis uitio, uel quod continuæ luxationi opportu
nus locus euaserit, quando ad unctionem descendere oport
et. Proinde ægro, aut supino, aut in sanum latus inclina
to, interiorem alæ cutem quæ potissimum artculus ex
cidit, duobus sinistræ manus digitis, uel hamulis tenuis
bus & oblongis eleuatam, cudenti ferro adurere oport
et, quousq; ferramentum contraflexum uno impressu
duas crustas excitari, & si magnum intercedens harum
spatium fuerit, mucrone scalpellî per ipsas trajecto, alia
in medio crustam faciemus, adurentes usque dum cau
terium scalpello inciderit. Item alias duas Hippocrates
iuxta utriusq; dicit mediam fieri cœsulit, æquali illis spa
tio distantes quadrangulæ figura modo. Altius autem
cute non penetrabimus, quod nervi glandulæ, aliaq; ad
inflammationem creandam proclivia, difficultatem q;
functionum, subiecta sint: curari adusta debent porro cū
sale trito imposito, tum aliis præsidiiis ad crustas inscrip
ptis, postea manu operandum caute fuerit.

DE ADNATIS DIGITIS ET
sesto digito. Cap. XLIII.

GG ii

PAVLI AEGINE TA

Anascentur digiti in manu nunc prope maiores digitos, nunc prope exiguos, raro autem iiii sunt iuxta allorum aliquem. Eorum uero qui ad nascentur, alii per totum carni sunt, alii ossa in se continent, nonnunq; & unguis. Ossa habentium, hi ab articulo procedunt, cuius commissuram alteri d^{icitu}s comminicant, illi ex naturalium digitorum fissura oriuntur: atq; huiusmodi perpetuo sunt immobiles: reliqui mouentur nonnunquam. Carnosorum expedita est praevisio, nam scalpello quod superuacuum est una uice tollimus. Eorum qui ab articulo prodeunt difficilior est tractatio illis qui à digitorum fissura originem traxerunt: primum caro orbicularis usq; ad os excinditur, ipsumq; os excisum aut erasum, auferatur. Cæterum inter curandum rasdimus ipsa, & cicatrice obducimus, quemadmodum ēt in osium uulheribus declaratum est.

Q VOMODO PVRVENTIS
adustio adhibenda. Cap. XLIII.

Vitio efficacissimum purulentis praesidium inueniuntur est. Conuenit igitur ferro candenti crustas excitare: unam inter clavicula compagem cutes sursum educta. duas autem exiguae iuxta mentum, sic ut ab arteriis quæ carotides appellatur, recedatur. Duas item sub mamillis ampliores inter tertiam quartamq; costam: alias duas inter quintam & sextam paulum in posterior aspectantes: aliam per medium pectus: rursum aliam supra os uentriculi, tres posterius: per mediū dorsum unam, utroq; spinæ latere duas, quæ in dorso facta crustam excedant non admodum extantes. Alii, ut tradidit etiam Leonides ferro mucronato candenti per medias costas qua abscessus est, adacto, usq; ad pus uitiosi molitisunt. Nonnulli etiam hos curare ausi sunt, transuersa linea quinque aut sex costis per medium disuis paulo infra cutem, atq; deinde scalpello membrana quæ costas succingit perforata pus excrueuerunt. Atque hi cum illis, qui ferro usq; ad imum adurunt, aut stas-

um mortem inferunt, uitali spiritu confertim una cum
pure euacuato, aut fistulas reddunt insanabiles.

DE CANCRO. Cap. XLV.

Cancer, tumor est inaequalis, oris ptumidis, asper
et teter, liuidus, & indolens, interim sine ulcere,
quem Hippocrates latenter nominauit; is si cu
retur, peior euadit: interim exulceratus: nam cu ex atra
bile ducat originem, magna parte eroditur. Pluribus
quidem corporis partibus accedit, præcipue foeminaru
locis, & mammis, quæ uenas undiquaque turgidas habent,
quemadmodum cancer animal pedes, unde etiam nos
men sortitus est. Quæ igitur per medicamenta curatio
adhibetur, quanto uolumine abunde explicata est: eius
autem cancri qui uuluan infestat, tertio. Quoniam ue
ro partes putrefactæ, aut quæ, ut simpliciter dicam, natu
rae modum excesserunt, ablationem sui postulant, uel
ut canceris, nec utiliter manus admouetur, nec potest quæ
dem Galenus autem solam administrationem quæ per
seccionem fit, recipiens, hoc modo scribit: Si quando
cancrum scalpollo curare audebis, incepisse uacuatio
nem à melacholici humoris purgatione oportebit, ubi
iam totum quod uitiatum est exacte præcideris, sic ut
nulla radix supersti, sanguinem effluere finito, nec celeo
rius eum cohibebis, uerum etiam premendo uicinas
uenas, crassiorem ex ipsis sanguinem exprimes: deinde
aliorum ulcerum modo curabis. Hęc quidem Galenus
memoriae prodidit. Reliqua uero maligna putrida, q; ul
cera, hempe phagedænas, gangrænas, & consimilia eo
dem tractare modo debes.

DE IIS QVIBVS MAMMÆ FOE
minarum modo inturgescant. Cap. XLVI.

Quemadmodum foeminis, ita masculis quoq;
pubertatis tempore, mamillæ modice inflantur
sed plerique rursus subsidunt: in nonnullis sum
pto initio crescunt pinguedine subnascente. Cum itaq;
indecora hæc corporis figura muliebris habitudinis no

PAVLI AEGINETÆ

repræsentet, digna est cui manus admoueatur. Lunata per imam mamillæ partem linea ducitur cute detractas ademptasq; pinguidine, suturis committetur. At si forte mamilla partibus ipsis ob magnitudinem ad ima, ut in mulieribus, inclinauerit, lunatas duas plagas in extre^s mis inuicem coeuntis iniiciemus, ut minor à maiore comprehendatur. Cuta quæ intercedit cum pinguedine adempta, similiter fibulis uteatur. At si aberrantes minus exciderimus, tunc eo quod superest rursus adempto, suturas iniiciemus, & medicamentum cruentis idoneum accommodabimus.

Q V O M O D O I E C V R A D V
ratur. Cap. XLVII.

Si dolor cum grauitate iis oboriatur, quibus iescur abscedit, carnea ipsius substantia uitata ostenditur.

Si acutus dolor magis urgeat, puris in tunica colles¹⁹ ficio: adurere hoc modo oportet. ferrum candens mu²⁰ crone tenui, paulo supra ingueni qua iescur definit, iniiciatur: ut crustam unam excite: Vbi uero totam cutē adus serit & usq; ad tunicam penetrauerit, pus excerneretur. Ab evacuatione omphacichel utiliter adhibetur, tum ea quæ multa & speciebus ad carnem creandam componuntur: postea uero ēt cicatricem ducētibus uteatur.

Q V O M O D O L I E N A D V
ratur. Cap. XLVIII.

Critis quæ lieni incumbit, hamo eleuata, oblongo ferro candenti per totum ipsa aduretur, ut unico impressu duq; fiant crustæ, quo omnes crustas numero sex habeas. Marcellus autem tridente, quā triā Græci dicunt, aut tridenti similī ferramento utens uno adactū crustas excitavit.

Q V O M O D O S T O M A C H V S
aduratur. Cap. XLIX.

In longis stomachi defluxionibus, recentiores usi sunt adustione. Alii ferro mucronato candenti tres crustas moliuntur, unā iuxta cartilaginem mucrona

ram quæ Gracis uocatur xiphoeides : alias duas infestius trianguli figura, altas ut cutem diuident : Alii una duntatax adhibent, ampliorem supra ipsum os uentris culi. Sunt, qui ne ferro quidem urant, sed iſcis appellas tis: sunt autem hæ spongiosa quædam corpora in quæ cubus & corylis nascentia, barbaris magis usitata . persimunt autem uulnera sine cicatrice diu manere, imo et prius diuidunt, ut maiore per ipsa disflatu os 'uentriculi ab influxionibus immune permaneat.

Q V O M O D O A Q V A H Y D R O

picis emittatur. Cap. L.

Quipus differetia, que causa, que nota, quodq; remedium, tertio uolumine sumus executi: ubi & demonstratum est, illud solum aquæ inter cutem genitus quo in uterum aqua confluit, ascitem dicunt, manus operam postulare. Atque eam hoc loco explicabimus. Itaque rectus homo statuitur, si minus „in fedili collo“ catur: si ne hoc quidem fieri potest, attingi non debet, cum adeo sit inualidus. Stante recto homine ministris retro assistentibus, iubebimus ut tumorem ad pubem digitis premant depellantq;. Nos scalpello, si ex partibus luxta intestina sitis originem contraxerit, sub umbili co tribus digitis interpositis abdomen adufsæ tenuem membranam qua peritonæos uocatur, diuidemus. Si autem primario iecoris affectui malum fertur acceptū, à sinistriore umbilici parte dissecabimus. Si à liene uisum trahit originem, in dextra. non enim in illa parte sectionem moltemur, cui incumbent. Ac eute quæ superiacet acie instrumenti excoriata, membranam quæ finit abdomen, peritonæos uocatur, diuidemus, quo usq; que scalpellum inania penetrauerit. Deinde perforamē illius membranæ ænam fistulam scriptoriis calamis acie similem demitteremus, & per hanc humor effusus dendus est pro cuiusque virium ratione, quam ex pulsus tactu deprehendemus. Deinde exempta fistula

GG iiii

PAVLI EGINETÆ

humor fisti debet, fistetur aut statim uicis sim icisa linea.
At nos securitatis gratia linamentū tortile per solā abdo
minis diuisionem dimitimus, & gro recumbente recrea
to; per insequentē diem rursus momentum humoris
quantū virtus exigit fistula euacuabitur, atq; ita deinceps
faciundum est, quo usq; minimum humoris supersis,
ita tamen, ut ubiq; subitam uniuersamq; vacuationē
uitemus multi siquidem imperite manum admoliti unā
cum humore uitali etiam spiritu vacuato subito homi
nem iugularunt: qui uero securius rem agunt, modico
humore educto, ut ultius magno leuaretur pondere, re
liquum medicamentis aquam ducentibus, faburratione
in fabulo, sole, siti, & cibis desiccantibus cōsumperunt.
Iam uero uestione super stomachum, iecur, liuenem, imū
uentrem & umbilicum usi sunt, quinc; crustas adhiben
tes. Alii ferro tenui candenti: alii iſcis nuncupatis, aut alii
quo ex alia huiusmodi materia: & plerique hac curandi
ratione magis consanuerunt, interim nullam in totum
compunctionem (quam paracentesin uocant) experti.

DE UMBILICO PROMINEN
tradiꝝ f. te. Cap. LI.

VMbilicus in decore prominere solet, quod uis
tum Græce exomphalon dicitur, interim mem
brana qua abdomen finit, peritonæum appella
ui, illuc dirupta, ac procedente, aut omento, aut intestino
interim colluui otiosi humoris sub umbilico contra
cta, interim uero carne subnata, aliquando sanguine ir
rumpente, propter uenæ, aut arteriæ rupturā, ut in aneu
rysmatiſ, interdum non sanguine, uerum spiritu ſolum
irruente. Si igitur omentum prociderit, circa umbilicum
tumor concolor, mollis tactu, indolens & inæqualis ap
paret. Si intestinum prolapsum est, præter commemo
rata, etiam inæqualis magis tumor est, & digitis impres
sis cedit, euaneſcitur, nonnunquam strepitū elidens, bala
neis, & diſtentionibus magis increſcit. At ſi humor col
lectus eſt, mollis ſimiliter tumor appetet: preſſus

autem non cedit, neque decrescit, neque tamen augetur.
 Quod si autem accedat superioribus signis, ut tumor
 sit liuidior, carneq; subnata durior, etiam tactui renitetur,
 & eadem in magnitudine manet. Si ex inflatione emis-
 net, tumor mollis ad tactum subsequetur, qui digitorum
 impulsu sonum quendam reddit, & pressus aboletur.
 Hunc in modum curabitur: erecto homini iubemus ut
 spiritum continueat quo in omnem partem distendatur:
 deinde omnem umbilici excrescentiam orbiculatum as-
 10 tramento scriptorio notabimus, respinatoq; homine
 scalpello tumorem, qua nota atramenti est exasperabis
 mus: deinde medium hamo eleutum, lino aut neruo
 qua exasperio est, circum altingemus (hoc enim pa-
 sto continebitur ne deuoluatur) ansulam supra nodum
 15 ponentes, postea tumore constricto iuxta uerticem ada-
 perto digitum indicem demittimus, tentabimusq; dili-
 genter num intestini implexus, aut pars omenti simul
 fuerit constricta. Ac si quidem intestinum fuerit relictum
 laxata funiculi ansula, id intorsum pellemus: si uero os-
 20 mentum sit, eo retracto, quod superuacuum est ampu-
 tabimus, uale quod (ut uerisimile est) coincidit, deligato
 mox duplice acu simplex linum ducente, hiantia per in-
 cisionem cutis factam traiectamus, & ansulis linorum
 praecisis, quemadmodum in aneurysmate dictum est
 25 ex quatuor initis constrictione mollemur. Vbi, corpo-
 ra lino deuincta computruerint exciderintq; linamentis
 curatio absolvetur, si cauam magis cicatricem fieri sem-
 per cupiamus. Haec quidem ad omenti, aut intestini affe-
 ctum pertinent. At si caro, aut humor, aut sanguis uitium
 30 crearit, tumoris medio circulatum precliso: deinde quod
 incidet extra peritonaeum sublato curationem in umbi-
 lico carni generandæ dicatam tentabimus. Porro si um-
 bilicus emineat aut ex uenæ adaptione, aut spiritus
 interpositu attingi non debet, quemadmodum etiam
 35 aneurysmata.

PAVLI AEGINETA
DE INTERIORE ABDOMINIS
membrana conuulnerata, item de intestini, aut
omenti procidentia. Vbi etiam trahas
tur, quomodo uentris uulnrae far
ciantur ex commentariis Ga
leni. Cap. LII.

Quomodo interioris abdominis membranae uul
nera optime queas manu curare, deinceps ue
nit considerandum. Si igitur paruum adeo uul
nus extiterit ut inflatum iam quod procidit intestinum
remittere non liceat necessarium est, aut flatum elicere,
aut uulnus ampliare. Satius autem fuerit meo iudicio
quod prius dixi agere si modo id consequi pos sis. At
qua magis ratione id consequare, qd si causam unde intes
tinum infletur, è medio suffuleris: Quæ igitur ea est in
mirum, ambientis nos aeris refrigeratio: quare etiam re
medium ex calore petetur. Itaque spongia, molli aqua
calida madenti, mox expressa calefacere intestinum o
portet. Præparetur autem interea unum austерum cali
dum etenim hoc magis qd aqua calefacit, ac robur intes
tinum adiicit. At si per hæc intestini inflatio non cesserit,
tanta peritonæ pars incidi debet, quanta id quod exci
dit, opus habet. Idonea uero ad eiusmodi sectionem
habentur ea quæ Græci syringotoma vocant, id est, q
ad fistulas incidendas sunt accoramdata. Scalpelli ue
ro quibus acies utrinque est, aut quibus cuspis acuta ha
betur, omnino uitari debent. Situs laboranti appositus
fuerit, cum in inferiori parte uulnus factum est, si sursum
uergat: cum in superioribus, si deorsum, & si in dextris
uulnus sit, in contrariam partem corpus incumbet, si in
sinistris, in dextram, atque hoc tum magnis, tum exiguis
uulnibus commune est. Ceterum cum intestina in p
rium reponi locum debent ex magno uulnere collas
pla ministro dextro opus est: oportet enim ipsum, ubi
manibus suis totum uulnus à foris apprehenderit, intro
repellere, constringere ac exiguum semper suentis denu

dare quinetia id qđ consumut est, mediocriter cōprime
re, quoad totū p̄suatur. Porro qđ idonea suendi abdomi
ni ratio existat, deinceps dicamus. Qđ in colere abdomē
cum interiori ipsius mēbrana nempe peritonēo conue
siet, incipiendum qđ ē à cute est, atq; ab extremo intror
sus acus demittitur ubi iam & cutē & rectū musculū to
tū transierit, p̄terito qđ ei subiacet peritonēo, p̄ reliquā
huiuspartē eā ab interno extrosū, atq; inde p̄ reliquā
abdomen traieclabis: ubi hoc penitus p̄transierit, rursus
ab externo introrsum, idem abdomē p̄foradū est: mox
ubi peritonēum quod illi quoq; subest p̄terieris, & ad
cōtrariū puereris, id quoq; ab interno extrosū ppun
gi, unaq; cū eo totū ipsi cohaerēs abdomen debet. Dein
de ab hoc rursus incipiēdū, atq; id cū cōtrario pitonēo
cōsuendū. Ac rursus vicina ēt cute traiecta, iterū ab ea
parte acus introrsum est iniicienda, cōsuendumq; id cū
cōtrario peritonēo, inibi quoq; vicina cute transmisita:
atq; hæc iterū iterūq; facienda sunt, quoad totū uulnus
similiter cōsuerimus. Interuallū uero suturæ, qđ ad cō
pescenda ea q̄ sublunt p̄tinet, breuisimū esse postulat.
Qđ aut ad firmitatē regritur, inter suturas cutis ne alibi
ripatur, ut liter breue nō est, quare ultato utriusq; absces
su, ellenda mediocritas est, iam hoc quoq; oīum ulce
rū cōe quadammodo est sicuti ēt ipsius quo suuntur, si
li ratio. Qđ d.n. durius est, cutē rūpet: qđ mollius, cōfes
sum ipsum rupitur, pari modo si p̄xime oras summas
acū transegerit, qđ reliquū est eutis, qđ minimū est, dū
uiolenter abducitur, rupi cogitur. Si plurimū ab iis res
cesseris, nō patet cutis i glutinatū reliquet. Hæc licet oīm
sunt ulceræ cōia, maxime tñ seruanda in abdomine suen
do arbitror. Porrò ipsum abdomē, aut quēadmodū est
expositū, cōsuetur, huc diligenter adhibita, ut peritonēū
abdomini coalescere posit: qđ uix sperare audeas, cū
neruosa existat: aut sicuti qđa factitant, qđ cognatae na
turæ sunt, ea committunt, utpote peritonēum perito
nēo, abdomen ebdomini. Id autem fiet in eū modum.

PAVLI AEGINE TRA

Avicino nobis abdome*n*e incipit, atque ab extero
 introsum per id solum acus trae*catur* post præteritis
 utrisque peritonæi labris, ex obiecta parte à foris intror
 sum per utrūque eius labrum acus reuocatur: dein hæc
 rursus reducitur, atque ab interioribus foras per aduers
 sum abdomen transmittitur. Hic modus à communis,
 & ex prompto, quo nimis uno adactu per quator la
 bra acus trahitur, id differt, quod peritonæum totum
 intra abdomen prorsus recondit. Cæterum medicamen
 ta ad hæc idonea materiae esse debet, cuius sunt ea, quæ
 cruentis iniiciuntur. Ut autem nulla pars principalior cō
 sortii, lege doleat, Janam conuenit mollem oleo medio
 criter calido imbutam roti, quod inter inguina & faxilis
 est, circundare. Præstiterit autem si per clysterem in
 testinis aliud simile infundas. Si uero nonnihil in ipsis
 quoque intestinis conuulneratum sit: quod iniicietur, ul
 num nigrum, austerum & tepens erit, eoque magis si to
 tum usque ad interiore meatum pertusum sit. Facile
 igitur curationem recipiunt Intestina crassa: securus habet
 tenuia: jejunū uero omnibus insanabile est, tum propter
 uasorum magnitudinem multitudinemq; tum quod tu
 nica eius prætenuis neruosaque existat. accedit huc qd
 etiam bilem synceram totam recipiat: adde quod omni
 um maxime iecori uicinum habeatur. Ventriculi poro
 ro imæ partes carnosæ curari cum fidutia debent, siquid
 em fieri potest ut res bene succedat, non solum quod
 hæc crastiores sint, sed etiam quod sanantia remedia faci
 le hoc ipsius loco subsistant. At ulcerum quæ os infes
 tant curationi sensu illius acumen aduersatur. Cum aus
 tem peritonæo rupto om̄etum prolapsum aut liuescat
 aut nigruerit, fine exceptum antequam nigrescat, ne san
 guis profundatur, præcidere conuenit id quod post uin
 culum habeatur, atque ut in imo fine iam commemorar
 e abdominis suendi rationis uinculi fines pendent, cu
 rabimus, quod scilicet facile eos cum ex uulnere suppul
 tante eructentur, eximamus.

AD TE GENDAM GLANDEM

colis si nuda est. Cap. LIII.

IN quibus glans colis penuria cutis non contingit, aliqui indecoris gratia duplē administratiōis o
dum excogitarunt, nunc in superiore colis initio cu
tem orbiculatim secantes, ut factō ipsius diuortio, infes
tor cutis attrahatur, donec glans occultetur: nunc sub
tus interiore cutem à glandis radice scalpello exco
riantes, inde inferiorem trahentes, mox linteo quodam
mollī ambiens præputium deligantes, ita ut linteolum
aliquid qua cutis excoriata est, interponatur, ne præpus
tium cum glande coalescat. Hunc modum Antylus
magis recipit, longiore ipsum oratione exponens. Nos
autem summatis dixisse contenti sumus, quoniam ra
to inter artis opera huiusmodi administratio requiritur,
tum quod affectus nullam muniit obnundis difficultas
tem pariat, tum q̄ neḡ tantum indecoris afferat, ut eo
magis glandem aliquam ex cururgia deligas.

Q V O M O D O G L A N S P E N I S C O20 tecta aperiri poslit, uitium dicitur hypospa
diaon. Cap. LIII.II.

Plerisque glans ab origine non perforata est: ue
rum sub cane appellato qua glans suspensa est, fo
ramen habetur: unde neque urinam facere anteri
us possunt, nisi particulam admodum pubem uersus in
clinet, neque iberis dare operari, cum semen ipsorum
in uterum recta non possit ejaculari. Omnia itaque
simplicissimus tutissimusque curationis modus est, qui
fit per abscisionem. Itaque resupinato homine glans si
nistræ manus digitis ualide attolletur: deinde eadem
scalpelli acie iuxta coronam præcidetur plaga nō ob
liqua, sed sculpturæ simili, ut per medium eminentia q̄o
dam glandem representans appareat. Quoniam uero
sepe sanguis profundi solet, si fieri potest medicamen
tis ei retinendo dicatis sistemus, si minus tenuibus fer
ramentis aduremus,

PAVLI AEGINETA

DE PHYMO. Cap. LV.

D^eplex phymi causa est: aliquando enim sic gla^dem p^reputium tegit ne nudari possit: aliquan^do retrofum deducta reduci non potest. Hac species proprie periphymosis dicitur. Prior itaque dif^ferentia, aut ex cicatrice quae in p^reputio concreuerit, aut ex carnis incremento q^{uod} illuc coaluerit. Altera genitalium inflammationibus fertur accepta, quoties deducto p^reputio glans intumuerit, nec ultra reducto operiti ea pos^sit. Si igitur prima phymi causa fuerit, curationem hoc pacto tentabimus figurato homine, ut par est, p^reputiu^m in anteriorem partem attrahemus, demissisq; in sum^mum ipsum hamulis tribus, quaternisve, ministris contiⁿendum exhibebimus, iubentes, ipsum quantum fieri potest, d^{icitu}r aperiantq; deinde sic ex cicatrice exte^rior collectio fuerit creata, scalpello ab inferiore parte p^reputium in tribus quatuorve locis incidemus lineis directis & aequali inuicem spatio distantibus, idq; intrin^secus: est autem duplex in glande p^reputium: os igitur ipsius ab interiori parte dividemus, sic enim contractioⁿne quae ex cicatrice coaluit, dissoluta, p^reputium super^{induc}emus. At si caro ab interioribus adnata phymum produixerit, carne tota ferro scarificata, p^reputium nuda^bimur: carnem inter lineas eminentem rademus, postea plumbeam solenam glandi uniuersae circundabis^m, inuoluta ipsi papyro sicca. Habeat autem solena foramen undique aequali, sic enim huius circumpositu^m p^reputium adductum rursus coalescere prohibebitur, dum & a plumbo & papyro inuoluta differtum seruat^e: intumescentia enim ex deligatura magis adhucut^e diducet. Hoc igitur faciundum est, siue ob cicaticem, siue carnis processum phymo generato manum adhucuerimus. Sin autem periphymosis appellata creetur, ue^tustate temporis committitur, & curationem non recipit, nisi quis eo modo uelit tractare quem ad tegendam glandem usurparum. Sin autem nondum coaluerit, ui-

bicibus super ipsum rectis tribus, aut quatuor, aut etiam pluribus circulatis excitatis, oleo copioso te pido suo perfuso extrosum attrahemus.

SI P R A E P U T I V M G L A N D I

adhaerescit. Cap. LVII.

Glans & præputium inuicem committuntur ex ulceratione præcedente. Conuenit igitur subitus acute, quantum licet, excoriata, acie scalpelli, aue spathula polypo accommodata, ea quaæ resistunt, dissol uere id potissimum conantes, ut glandem pure à ppus tio adhaeresciente discernamus: qd si nō fuerit expeditū, glandis potius nō nihil ad pputium assumere, q contra rīo: cū. n. pputum tenue sit, facile perforatur. Vbi com missuram dissolueris linteū tenue aqua frigida madens, glandi & pputio interponendum, ne rufus coalescant, vino astringente cicatricem ipsis obducemus.

DE CIRCVMCISIS. Cap. LVII.

Non de iis qui religioso gentium more circunci duntur, nunc uerba faciemus: sed de iis quibus affectu naturalium oboato, præputium nigrescit Itaque in iis totum quod nigruerit, orbiculatum præcidi debet, deinde squama cum melle utēdum, vel etiam malicorio, & eruo medicamenta instar quod linteolis illi linitur. Si uero sanguis quandoque profluat ferramentis lunatis utendum, que utrisque simul iniicietur, & ipsi sanguinis profluvio, & uulneri depascenti. At si tota intē rim glans absumpta fuerit, exigua è plumbo solenam imponentes meatui, per ipsam ægrotum urinam redde re iubebimus.

DE THYMIS NATVRA

lium. Cap. LVIII.

Thymi carnosæ sunt tubercula, nunc in glande, nunc in præputio concrecentia. Ex his, alii contumacis, alii facilis curationis sunt. Mitiores ita que scalpeli acie deradere conuenit, & chalciditem ipsi inspergere: in malignis, eo quod uitiatum est, excl.

P A V L I A E G I N E T A

adostione utendum. At si contra se mutuo in præputio
fiant thymi, hi intra ipsum: illi, extra, oportet omnibus ip-
sis confessim manum admoliti, ne præputium structus
ra tenue, imprudenter pertundamus. Sed primum inter-
iores auferre consilium est, iisque; cicatrice obductis, tunc
quod exterioro aggredi. Nonnulli uero recentiorum
forfice ipsos auellentes equino pilo deligatos curare so-
lent, quemadmodum alii refrigerato ferro cädenti eos
deurunt.

D E R E C T O S Y P H O N E

qui catheter dicitur, & clystere
uesicæ. Cap. LIX.

CVM urina non redditur, quod iter ipsius obstru-
tum sit, aut concreto intus sanguine, aut calculo
aut alia quadam causa, recto syhone id quod su-
perfluum est eximemus, quem modum Græci cathete-
rismen vocant. Sumpcio igitur eiusmodi syhone, et ati-
& sexui conuenienter, in rectum ita ipsum dirigemus. Quod
hoc modo fiet: lana exigua lino deligata per medium,
linoque; ex acuto iuncto per catheteris fistulam traducto la-
nam foramini adaptabimus, iuxta catheteris mucronem,
ac præciso forfice quod ex lana eminet, catheterem in
oleum demitteremus, ægro in subsellium prius irroratum,
si nihil prohibet, collocato, & catheterem in rectum in-
feremus usque ad colis basim: deinde naturalia ad um-
bilicum intorquemus: etenim ab hac parte obliquus
vesicæ meatus existit, deinde sic cathetera adigemus.
Quum uero in pene prope sedem id euenerit, rursus
genitalia imposito instrumento deflectemus, in natura
lem reducentes figuram (nam à peritonæo vesicæ mes-
atus sursum tendit), propelemusque; catheterem usque
dum vesicæ sumum penetrauerit: secundum hoc, linum
catheteri incinctum retrahemus, quo urina simul cum la-
na attracta subsequatur, quemadmodum in syphonibus
accidit: atque talis demittendi catheteris modus est. At
quia subinde exulcerata vesica collui desiderat, si quidē
oculari

oricularis clysteres enema possint trāsmittere, illis in præ dictum modum uteatur, in utesicam demissis: si fieri nequit, per catheterem pelle, aut utesica bubula adaptata, enemate colluemus.

S QVÆ CVRATIO CALCULOS
sis adhibeatur. Cap. LX.

CVM alibi demonstratum sit qua ex causa calculi generentur, tum quod pueris in utesica magis: prouectioribus, in remibus crescant, nunc rationē exponemus, qua excindi possint, ubi notas prius eorum q̄ in utesica nascuntur, designauerimus. Urina igitur aquosa est, quod in eis subsidet, arenosum: pudendum continxu uexatur pruritus, laxatur sine ratione, rufusq; arrigatur, crebro id contrectant irritati ægri, & maxime pueri, cum calculus in ceruicem utesicæ incidit, etiam repente urina supprimitur. Porrò inter eos quibus calculus excinditur, pueri quidem usque ad quatuordecim annos propter corporum mollitudinem, facile curationem recipiunt: senes, quod corpus ipsorum contumax sit, uix consanescunt: mediae horum ætates etiam in hoc, meo quodam modo habent, ac rursus facile sanatur qui maiores calculos habēt, quod iuflammationibus affluerunt: qui minores, difficulter sanantur, contrarias ob causas. Hæc cum ita se habeant, ad chirurgiam profecti, cō quassationem uteatur prius, interim per famulos, interim ipso ægroto ex alto quodam loco desilienti quo calculus ad utesicæ ceruicē propellatur, deinde figurari æget debet ceu reclus in sedili, manibus subter femora porrectis, quo in angustum utesica compellatur. Si igitur cōtingentibus nobis calculus in penem procidat, quassatus exturbatus, ferrum inde tentabimus. Si minus sublabatur, indicem sinistræ manus digitum, si puer sit qui ægrotat, uel etiam medium, si ætatis sit prouectioris, oleo inūctum, in anum demitteremus, & supinis digitis perquirentes, calculusq; illapsum paulatim traducentes, in utesicæ ceruicem impingemus: & digito uno, pluribusq; pro-

PAV. AEGIN,

HH

PAVLI AEGINETÆ

pellentes ipsum in exteriora impactum, ministro altero
manibus uesticam premere iusso, alteri præcipiemus de-
xtra manu testiculos sursum teneat, sinistra penem exten-
dat in alteram partem, qua sectionem moliemur: ipsi as-
sumpto scalpello ad calculos aptato, inter anum & testi-
culos, non per medium penem, sed in alteram partem
iuxta finisteriorum clunem obliquam super lapidem q
parti secandæ supponitur, ducemus lineam, quæ extrin-
secus latum habeat spatium, intus non amplius, q ut cal-
culus per id queat excidere. Interim siquidem digitis
super anum innixis, aut digito unâ cum sectione fine
euulsione calculus clementer exilit. Si minus exilierit,
uulsellæ superiniecta huic accommoda eximemus. Cal-
culo iam ablato, medicamentis sanguinem coercetibus
ex manna thuris, aloë, symphyto, uel etiam milfy, & con-
similibus sanguinis profusionem sistentes, lanas, aut lina-
menta implicita, cænelæ madentia imponemus, & liga-
minibus septem costarum ad calculos accommodatis
utemur. At si profluuii sanguinis metus sit, linamentum
implicitum ex posca, aut hydrorosato iniciendum est,
& ægro decumbente crebrius locum perfundemus.
Postq tertio die solueris, & hydrelæ copioso irrorau-
ris, tetrapharmaco linteolis illito utendum, ita ut frequē-
tius ipsos dissoluas cures q; propter urinæ acrimoniam.
At si inflammatio quæpiam superuenerit, cataplasmatis
& superfusionibus ad eam inscriptis adiuuabimus, ac
in uesticam rosaceum aut chamæleinum, aut butyrum
nisi aliqua nos inflammatio impediat, demitteremus, simi-
liter etiam si ulcus pæcèdo aut alio quodam modo ser-
pat, aut maleficum fuerit singulis congruentia adaptabi-
mus, cum ulceris inflammatione caret, lauacrum adhibe-
tur, inde emplastrum dia chylon, tum lumbis tum ino-
uentri superaccommodatur. Per totum uero curationis
curriculum, femora simul conuenit deligare, & cum re-
mediis requiescere. Si exiguus calculus coli inciderit &
per urinam reddi nequeat, præputium valide in antero-

LIBER SEXTVS.

242

ra attractum deligabimus supra glandis summitatem, item post pudendum coleū uinciemus, iuxta terminum ad uiscam spectantem constrictione adhibita: deinde infra calculum diuidemus, super lapidem qui illi excidens do subiicitur. flexo autem cole illū eiiciemus, solutisq; uinculis ulcus sanguine cōcreto vacuabimus. Posterius itaque uinculum iniectum est, ne calculus retrosum recessat: anterius, ne post lapidem exemptum præputio soluti cutis in oppositum recurrens diuisionem contegar.

DE TESTICULORVM PARTIBUS.

Cap. LXI.

Naturae testiculorum finitiones, cum ad ramicū incidentorum rationem conferant, priusq; ad illam ueniatur, proponendae sunt. Igitur testiculus substantia quædam est glandulosa fragilis, ad genitalem semenis uim effecta. At nerui testium, quos Græci parastatas & cremaster, ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent, spinalis medullæ ex cerebri membrana propagines sunt, cum uenis arteriosis ad testiculos pertinentes per quos semen in naturalia permeat. Seminaria autem uasa, uenæ sunt à caua uena in testiculos sinuosis anfractibus pertingentes unde testiculi alimentum capiunt, item tunica naturæ neruosa in orbes implicata, in gibba quidem parte, atque anteriori, à testiculo libera est: in concava & posteriore, ipsi adhærescit, ex interiore abdominis membrana originem trahens. Vocant autem partem hanc qua testiculo adnata est, posteriorem prophysein quasi dicas adnexum. Darti vero membranæ sunt, quæ exteriorem testiculi cutem cōglutinant, iuxta tunicam erythroidem dictam ei adhærentes: quibus partibus & illa post testiculos tunica adunxit. Hæc autem ipsa cutis exterior rugosa testibus circundata, scrotum nobis Græcis oscheon dicitur.

DE AQUOSO RAMICE, HYDROCELE DICITUR.

Cap. LXII.

HH II

PAVLI AEGINETA

Humor otiosus in parte aliqua corporum scrotū implicantium colluuius, tumorem excitans sensibilem hoc nomen sortita est. Colligitur itaque humor magna ex parte, in tunica erythroide appellata, circa anteriorem testiculi regionem, qua potissimum membrana illa à testiculo separatur. Raro extra membranam hanc erythroidem uitium contrahitur. Subinde peculiaris tunica humor comprehenditur, vocantq; hoc malis chirurgici in superuenienti ortum. Quare si ob causam præcedentem, exempli gratia particularum imbecillitatem uitium obicitur, sanguis alimenta ratione adductus, in aquosam serosamq; substantiam mutatur: si ex ictu sanguinea, aut fœculenta substantia comprehenditur. Communis nota est, tumor indolens, firmus, ac stabilis in scroto, quacunq; tandem occasione non evanescentis, sed in iis qui modicum continent humorem, cedens: in illis qui copiosum habent, non item. Ac in quibus erythroides tunica humore distensa est, tumor rotundus paululum, & oui modo longiusculus appetat. His testiculus in conspectum non uenit, ut qui undequaque sit implicitus. si extra erythroidem membranam sub dantis habeatur, per pauca corpora sublabitur. At si humor ex superuenienti coierit propter contractionem ex omni parte, & rotunditatem, tumor alterius testiculi imaginè exhibet: & cum aquosus humor extiterit, tumor concolor pellucet: cum fœculentus aut sanguineus, aut rubidus, aut liuidus appetat: cum autem in utracy scroti parte haec notæ apparuerint, duplarem ibi ramicem esse cognoscet. hoc modo scalpelio curantur: derala pube & scroto, nisi puer fuerit, ægrum sup sedile resupinabimus, podici panniculo multiplici subiecto, scroto autē spongea iusta magnitudinis: ac sedentis à sinistra ægrotantis, ministro qui ad dextram sedebit, iubebimus ut generale in alteram partem protendat, & cutem scroti ad abdomen eleuet, nos scalpelio scrotum à medio iuxta longitudinem usque ad pubem fere recta linea incidemus,

quæ uicina sit lineæ scrotum per medium secanti, diuide
 musq; tunicam erythroidem. Porro si humor ex accesso
 soro in adnata membrana hæreat, qua uerrex eiusdem
 tunicae eminet, illac diuisionem moliemur. Hamulo au-
 tem ora uulneris diducentur, & cultro ad hydrocelicos
 aptato scalproq; membranis detractis tunica erythroïd-
 es nudatur, mox eadem per medium scalpello findi-
 tur, per illas potissimum partes, in quibus à testiculo rea-
 cedit, humore iam toto, aut maiore ipsius portione in
 uase aliquo excreto, erythroidem membranam hamus.
 Iis eximemus, utpote tenuissimam ipsius partem. Inde
 uero Antyllus sutoris & medicina cruentis accommo-
 data uititur: recentiores ea: quæ quod carnem inducat,
 sarcotice appellatur. At si testiculus putredinem exper-
 tus alio modo uitiatus deprehendatur, uasa cum ner-
 uo, qui ab inguinibus dependet, cremastere dicto fune
 excipiemus, ipsoq; cremastere præciso testiculus eximi-
 tur. Item in iis qui dupli laborant ramice, similiter bifa-
 riam curationem moliemur utriq; per scroti partes ad
 inguina lineas incidentes, mox specilli nucrone per di-
 uisionem deorsum ad scroti extremum demitto, ipsoq;
 scrotum extollentes, acuto scalpro lineam qua humo-
 ris est emissarium, incidemus, ut & sanguinem concre-
 tum, & pus per eā excernamus, ipso uero scalpelli mus-
 crone llamentum in longitudinem implicitum superio-
 ri diuisioni inseremus, & uibicibus perspongiam deters-
 sis lanam oleo madentem per inferiorem testiculum in-
 sinuabimus, extrisecus alias lanas oenelæo imbutas scro-
 to, imo uentri, inguinibus, peni & lumbis luginitiemus,
 linamentum triplex super hæc explicitum deliganus
 uinculo in sex costas porrecto, congruisq; ligamentis:
 deinde homo decumbet lanis scroto subiectis, ut cons-
 quiescat, pelleq; super ipsas molli explicata, quo fomen-
 ta excipiant. Cæterum superfundemus oleum calens,
 post hoc ubi solueris tetrapharmaco linteolis illito in
 uulnere uteris, linamentum ex farinaceo polline immu-
 s

PAVLI AEGINETA

tans, extrinsecus fomenta rursus propter inflammatio-
nem usque ad diem septimum iniicientur, inde medica-
mento quo linamentum contineat utemur. Vulnere
expurgato, & carne iam medioeri obducta, deinceps est
lauacris exhibitis linamentum auferri debet, & reliqua
curationis parte subsequente quemadmodum prius ex-
plicatum est, utemur. At si inflammatio quepiam fuerit,
aut sanguinis profluuium, aut aliquid eiusmodi interea
superuenerit, conuenienter unicuique occurrere conuenit,
ne semel dicta iterum repeatam. Si uero uestione potius
in aquoso ramice, sicut recentioribus usum est, adhibe-
mus omnia quae ante chirurgiam, & post eam dicta sunt,
exequemur, ipsum uero chirurgiae opus sine ferro solu-
& divisione per humoris emissarium fieri debet. De-
ceni itaque aut duodecim ferramentis literam Graecos
rum & imitantibus, & duobus gladiolis primum scro-
tum ferro Γ referenti per medium aduremus, cultello
autem, aut obtuso hamo membranas excoriantes ferra-
mento ensi simili has ceu præcedentes aduremus. Nu-
data uero tunica erythoide, facile autem cum alba &
tenuis existat cognoscitur acle ferramenti instar Γ literæ
facti perurentes humorem excernemus, postea totam
ipsam detectam hanulis attollentes, ferramento gladio
lo simili auferemus.

DE CARNOSO RAMICE 25
& tophaceo. Cap. LXIII.

Caro in parte aliqua corporum quæ scrotum im-
plicant succrescens carnosum ramicem produ-
cit. Nascitur autem ea ex causa latente, testiculo
fluxionem experto induratoꝝ; aut ex iectu, aut imperita
postramicis succisionem curatione: subfequitur autem
hos color ubique sui similis cum duritia. Si autem tumor
in scirrum coalescat, nullus nec color, nec sensus adest: si
maligni referat naturam, dolor urget punctoriis. Itaq;
ferrum admoentes ægro figurabimus ipsum, sicut &
prius diuidemus ꝑ; similiter, & si quidem ex concreta te-

Sicuti carne uitium creatum sit, & darto membranam
 & erythroidem consimiliter discindemus, deinde testis
 culo eleuato, eoq; extra erythroidem exempto, crema-
 stere segregato à uasis, hæc quidem constringemus, illū
 uero nempe cremasterem amputabimus: testiculum ue-
 ro qui cum allorum carnis coaluerit, ceu alienum eiicies-
 mus. Sin hæc concretio in tunica aliqua, aut vase subna-
 scatur, scroto diuiso subiectisq; cani membranis, totū
 quod in carnem cōcreuit auferemus, quod si posterior
 commissura carne fuerit glutinata, iis quæ ambiant ipso
 sam ademptis testiculum simul cum ea excipiemus: qd
 pe fieri nequit, ut testiculus sine hac permaneat. Cætes
 rum topi & in testiculo & in membrana erythroide
 occalescunt, renixu multo, duritie, & inæqualitate à car-
 noso ramice & aquoso discreta. His igitur manum sicut
 etiam carnosò ramici admoliemur.

DE VARIO SO RAMICE
& uento. Cap. LXIII.

Asa in scroto, aut dantis membranis dilatata ua-
 rices simplici uocabulo nominant. Alia uero
 quæ testiculum nutrit, si uaricum more dilat-
 tentur, uaricosum ramicem, Græci cirlocelen uitium nū
 cupant. Notæ horum evidentes sunt, quippe pars affec-
 tæ tumidior, obliqua modice ueræ in modum, & testis-
 culi relaxatio apparet, tum aliae nonnullæ difficultates,
 maxime in cursu, exercitio, & itinere. Hoc modo cura-
 mus: ubi commode ægru figuraueris, scrotum manu p-
 mulcetur, nenuis cremaster in partem inferiorē repellis-
 tur. Facile autē dinoscitur, ut qui tenuior uasis sit, solidior
 renitensq; seu potens ualidusq;: eger quoq; ad depres-
 sionem ipsius indolet, & iuxta colem turbatur: uasa autē
 digitis nostris & ministri excepta ī scroto, ualideq; diste-
 ta, ac scalpelli obliqua adæcta supra instrumentū quod
 uasis cedendis supponitur secabimus, deinde p hamus
 los ea q; cuā subiacent eleuata excoriantur. uasis ut in

PAVLI AEGINETÆ

capite de angiologia & aneurysmatis disputatum est,
denudatis,acus duplex linum trahens transmittitur, an
saq; lini abcisa, uasa & in prima ipsorum dilatatione &
inferiori extremitate deligabimus: & per medium re
cta incisa linea, & sanguine qui coierat euacuato, medi
cina ipsos curabimus quæ pus moueat, ut etiam funicu
licum uasis sua sponte excidant. Leonides autem præ
cipit, quod si aliqua ex uasis testiculum nutrientibus di
lata fuerint, hoc modo esse faciendum: si omnia, testicu
lum cum ipsis capi oportere, ne uasis alentibus destitu
tus contabescat. Porro uentosus ramex, quum genere
aneurysma existat. Leonidi quidem non attingendus ui
detur, propter periculum quod in varicibus ab incessa
bili sanguinis profluvio accidit. Racentiores autem quin
duplex ipsis sit generatio, alia ex quatuor uasis testicu
lum alentibus, alia ab arteriis darto membranam &
scrotum inter currentibus: hunc quidem ceu desperata
salutis repudiant: illum priorem scalpello curant, disce
nimus autem ipsis, quod qui ab arteriis enascitur, facile
ad digitorum constringementum euanescat, qui à uenis tes
ticulum nutrientibus, aut neutiquam, aut cum multo
metu. Cæterum curamus ipsis, ut in varicosis ramicio
bus comprehensum est, singulas uenas fune excipientes
deligantesq;.

DE INTESTINORVM RAMIS mice. Cap. LXV.

I Ntestinorum ramex, quem Graeci enterocelen di
cunt, est in scrotum intestini deuolutio. Fit aut peri
tonæo circa ilia dirupto, aut codem extenso, utraq
igitur, ruptura, dico, & extensio ex uiolenta quadam oc
casione præcedente prouenient, nempe iœtu, aut saltu,
aut clamore. At qui ualidæ tensioni fertur acceptus, pro
prie, & propter relaxationem, & alias corporis imbecil
itates, accedit. Notæ utrique cōmunes sunt: conspicuus
in scroto tumor: item quod in exercitiis, itinere, spiri
tus retentione aliisq; occasionibus, idem maior quam

prius evadat: compressus, tarde quidem recurrat, celeriter autem rursus deuoluatur, superne intestinum resupinatur, natus in loco permaneat, donec erigantur. Stercus autem in scrotum receptum periculum subinde ipsis intulit: do-
 lent enim nonnunquam etiam impressis digitis sonitū elidunt. Peculiaria ramicis ad extensionem relati indica sunt, quod nō uniuersim, sed particulatim temporis spa-
 tio & ob causas quaslibet, nonnunquam intestinum de-
 uoluatur, tumor æquabilis & profundus appareat, inter
 10 stino quod deuolutum est interiore abdominis membra, peritonæo vocant, consticto. Ex ruptura facti ra-
 micis signum est proprium, quod uniuersim ab initio in
 intestinum deuoluatur, idque ob causas violentas duntas
 sat: tumor immensæ magnitudinis, inæqualis, & per sū-
 ma protinus in cute emineat: quod intestina extra peri-
 tonæum elabuntur. Si igitur rupto peritonæo omentū duntaxat in scrotum incident, uitium omenti ramex, Græ-
 cis epiplocele appellatur: si intestinum quoque delabatur,
 20 omenti intestiniq; ramex, Græce epiploenterocele dicitur: si uero & aqua in tunica à rubenti colore ery-
 throide dicta apparuerit, composita ex tribus quoque appellatio sumitur. Cæterum neque hos, neque ex rup-
 tura intestinorum ramicem chirurgia subiicimus, solū uero ex intensione ramicem intestini manu curamus,
 25 hunc in modum: homine resupinato & cute lucta ingui-
 na per ministrum eliuata, transuersam lineam incidimus ut in angiologia explicitum est. Nonnulli uero non trā-
 uersam, sed rectam lineam ducunt, hamuloq; defixo di-
 visionem explicant, quæ testiculum supraiectum men-
 30 sura adæquet, deinde rursus hamulis per quartam cutē transmisſis quot ad vulneris magnitudinem sufficientant, retuso hamo, aut cultro membranas & pinguedinem subitus excorantes scalpello præcidimus. Detecto autem undequaque peritonæo, demissōq; indice digito ad po-
 35 steriorem scroti partem inter peritonæum & dartum membranam, posteriorem connexū soluemus, deinde

PAVLI AEGINETÆ

dextra manu extreum implicantes, ad interiora scrotum simulq; sinistra peritonæum retrahentes ad diuisionem excipiemus testiculum una cum membrana rubenti, ac ministro uni iubebimus testiculum eleuet, ipsi uero posteriorem adnexum ex toto simul cum membrana rubenti dissoluentes, explorabimus digitis num intestini inuolutio quædam in tunica erythroide relata sit, & infra hanc ad alium propellamus, deinde acu bona magnitudinis linum ducente duplex decies implicitum ad peritonæi terminum qui diuisionem respicit, per mediū transuemus. Succisis autem linis quatuor faciemus, initia, atque his per vinculum rufum implicatis, utrobique peritonæum valenter destringemus iterumq; initis eius cumuolutis, astringemus quidem strenue, ut nullum ex uasis nutrientibus adhuc posit cedere, ne inflammatio inde concitetur: item secundum extrinsecus vinculum iniciemus, minus quam duos digitos à priori distans. Secundum haec vincula digiti instar ex peritonæo relinquentes, totum ipsum orbiculatim præcidemus, auferētes simul & testiculum: nups diuisione iuxta emissariū scroti adhibita, linamentum longum iniecit, & fomentis oleo imbutis vinculisq; ut in aquoso ramice iniectis omnia quæ restant, quemadmodum illic expositum est perficiemus. Nonnullos autem non imperitos chirurgos noui, qui membrana erythroide excisa, ferramentis carentibus extreum ipsius adurerent, sanguinis profluui metu, ut est uerissimile. Hi autem ipsi post scalpellī administrationem egros protinus in solio oblongo ligneo, cui aqua inesset calida ad septimum diem usque lauabant, quinque per diem noctemq; id facientes, post fertim in pueris, & mirifice res procescit: nam citra inflationem ipsi fecabant, & funiculi una cum corporib; protinus decidebant. Interea uero dum ægri lauabant, prædictæ superfusiones injiciebantur. Alius quispiam præter commemorata, etiam pipere trito cum oleo cemic ipsorum eodem tempore infribbat.

DE INGVINVM RAMICE,
bubonocele uocatur. Ca. LXVI.

7 **I**n testini ramicem ex intentione creatum, inguinum
 hernia præcedit: primum enim peritonæo intenso,
 intestinum laxatum tunc quidem in inguina abscedit
 factiq; ramicem, quem Græci bubonocelen dicunt.
 Hunc uetusiores in eum modum scalpello curant, linea
 transuersa per inguina intumescens, tres digitos longa
 inciditur. Hinc membranæ & pinguedo extimuntur, mus
 10 cro autem scalpelli per mediū peritonæo detecto, qua
 fastigiatuſ adigi debet, is enim intestina in altum repellit.
 Itaque peritonæi eminentias utrinq; factas per scalpelli
 mucronem futuris inuicem committimus, deinde mus
 cronom extrahemus, neq; peritonæum præcedentes, ne
 que testiculum, neq; aliud quippiam retinentes, sed præ
 fidio cruentis idoneo persanantes. Quoniam uero res
 centiores ustionem potius in inguinum ramicibus pro
 barunt, hanc quoq; non incongruerenter trademus. Hos
 20 mo mediocriter moueat, tufsi uiolenta, intensione, spi
 rituq; retento: ubi tumor in inguinibus apparuerit locu
 qui ura debet, atramento scriptorio aut collyrio figura
 triangula circumscribemus, transuersam lineam per in
 huina sursum ducentes, iniiciemus q; signum per triangu
 li medium, postquam æger decubuerit, candens ferrum
 25 per medianam notam imprimemus, primum clauatum,
 inde per trianguli costas T literæ figuram repræsentans,
 tertio in latebra aut lenticula modum factis, totum trian
 gulum exæquabimus ministro per totam ustionem fas
 niem panniculo extergente: tā alte uero aduremus, quo
 30 usq; pinguedine pertingamus, idq; in habitu corpis mo
 derato, neq; n. in gracilibus ob siccitatem ferrum altius
 admouendum est, ne imprudentes peritonæum adura
 mus, neq; tamen in crassiioribus pinguioribusq;, in quib
 us uel ante iustam ustionem pinguedo apparet. Sed
 35 q; tum ura conueniat artificiosa deprehēdem' cōiectura.
 Secundum ustionem sal uā cum porro tritus crustæ

PAVLI REGINETA

infinguabatur, & inguinalo in literæ X similitudinem ligamento utemur, per in sequentes dies remedii quæ crux stam admunt, nempe omphacometite & similibus curabimus.

C V M S C R O T V M A T T R I T I S s
uestimentorum fragmentis similiter atque tenuantur. Cap. LXVII.

LAxata scroti cute sine interioribus ipsius corpori bus uitium maxime indecorum dignitur, quod Græci racosin appellant. Leonides igitur resupinato homine, quod in ea superfluum erat scalpello super asserem, aut durum corium, quod incidentis subiicitur excidebat, orasque vulneris futuris committebat. Anzylius autem tribus etiam quatuorve futuris superflium cutem prius punctam forisce acuta aut scalpello post futuras auferebat, futurisque adunitam ut cruenta curabat.

Q V O M O D O F I A N T E V /
nuchi. Cap. LXVIII.

CVm ars nostra huc tendat, ut corpora à statu qui præter naturam est, in naturalem deducat, eunuchos faciendi ratio, quam Græci eunuchismum dicunt contraria promittit. Uerum quia & inuiti subinde à præpotētibus quibusdam eunuchos facere cogimur, explicandus compendioso modus est, quomodo illis sati faciamus, duplex itaq; est, alter contusione, alter excisione perficitur, & prior quidem in hunc modum: Pueri adhuc infantes in aquæ calidæ solium collocantur; deinde ubi corpora eodem solio fuerint relaxata, digitis testiculi premuntur, usque dum aboleantur & euaneant, dissoluti non amplius ad tactum sublabantur. Excisione hac ratione efficitur: Resupinatur in sedili qui eunuchus fieri debet, & scrotum cum testiculis sinistri manus digitis premitur quo facto duas lineas rectas usnam per alterum testiculum scalpello incides: ubi exiliunt testiculi cute detracta execabuntur, ita ut tenuissimum

Solum naturale vasorum commercium relinquatur, atque hic modus eo qui per contusionem fit magis probatur. Nam qui contusionem testiculorum sunt experti, nonnunquam uenerem appetunt, parte aliqua, ut uestimente, testiculorum inter contundendum delitescente.

DE HERMAPHRODITIS.

Cap. LXIX.

Hermaphroditon uitium ex compositione, Mercurii & Veneris appellatum est, multum utriusque sexui adferens indecori. Cum enim quatuor, Leo nide authore, differentiae existant, tres quidem in uiris, una in mulieribus constituitur. In uiris siquidem alias iuxta penem, alias in medio scroto muliebris pudendi pisces obsiti forma appetet. Tertia uero adhac accedit, in qua nonnulli per scroti ueluti pudendum urinam profundunt. In mulieribus supra pudendum iuxta pubem uirile frequenter genitale inuenitur, tribus quibusdam ex tantibus corporibus uno tanquam cole, duobus autem ueluti testiculis. Tertia itaque uirorum deformitas qua urina per scrotum excertitur, curationem non recipit, reliqua tres curantur corporibus superuacuis è medio sublatis & ulcerum modo tractatis.

QVOMODO NYMPHA EX-

cidenda sit, & cercosis emendan-

da. Cap. LXX.

CAruncula in sinu mulieribus pudendi subsultans, Græcorum lingua nymphæ dicitur: quibusdam immensæ magnitudinis efficitur, & non decentis inuercundia notam pre se fert. Quemadmodum uestro nonnulli memorie produnt, sunt quæ per hanc partem etiam erectæ uiris similiter consistunt & in uenerem ruunt. Quapropter resupinata muliere specillo nymphæ superfluum prehensum scalpello excindimus: diligenter adhibita ne alte ipsam penetremus: unde fluidus affectus, rhyada vocant, excitetur. Porro cercosim, cum

PAVLI AEGINETÆ

fit carnis ab uteri ore propago q̄ muliebre pudendum
repleat, interim foras caudæ modo procidat, nymphæ
consummiseremus.

DE MULIEBRIVM LOCOS

tum thymis condylomatis, & hæmorhoidibus. Cap. LXXI.

THymus eminentia est à reliqua cute recedens,
nunc rubens, nunc alba, plurima parte sine dolo
re thymi corymbis similis: condylomata vero,
ex crescētiae sunt in callum induratae, quemadmodum
hæmorhoides iis quæ in ano sunt respondentes, inter
tim & sanguinem profundūt. oēs itaq; eiusmodi in mu
lieribus ex crescētiae, q; in conspectum uenient, inter des
tegendum specillo comprehensas, ferramenti quod, ex
dimidio spatham referunt, acie excindemus, utemurq; gal
la levigata, aut scisso alumine. Nam deligaturam in his
maiores chirurgi non admittunt.

DE NON PERFORATIS

& phymo. Cap. LXXII.

GEnitales mulierum partes clauduntur, interim ex
natura, interim ex accessorio morbo quodam p
cedente, alias in imo, alias in summo ore, saepe e
tiam in medio spatio, idq; aut secundum naturam aut
ex obstruktione. Quod autem foramen intersepit in
tercluditq; uel caro uel membrana est. Ceterum hoc
mali graue fit impedimentum, modo in coitu, modo in
conceptu uel puerperio, aliquando mensium purgatio
ne, si quæ loca obstruit caro totum spatiū occupauε
rit, in quibusdam n. mediū foramine patescit. Causa tig
tur inuenta, uel ex prōptu, uel etiam demissō specillo, si
qdem cōnīssura solū fuerit, hāc recta linea scalpello fi
stulis accōmodato dissolueremus: si aut distet hamu
lis p mediū corp' siue id mēbrana, siue caro existat trāf
fis eleuatū scalpello diuidem', ac sanguinis fluore me
dicamētis sine roſione ficcātib' suppreſſo, iis q̄ cicatricē
ducūt utemur, instrumēto priapi instar factō inieclis, in q

bus potissimum non alte admodum administratio est adhibita, quod ea de causa fiet, ne particulæ rursus coalescant. Iam phymus in ostio uulæ succrescens pari modo curatur.

DE ABSCESSU VULVÆ.

Cap.

LXXIII.

Vbi abscessus circa os uulæ prouenerit quod manu tractari queat non propte ad sectionem properas re consilium est, sed cum affectus fuerit absolutus, inflammatio plurima parte increuerit, corpora quæ humoribus incumbunt, attenuata, id est propter uteri excellentiam. Inter agendum uero mulier in sella resupina bitur cruribus ad abdomen & femina contractis, inuicem diuaticatis: cubiti ipsius sub poplitibus subiiciuntur & cum nunculis congruentibus ad ceruicem deligabuntur, medicus aut ex dextra sedens tentabit specillo, quod dioptram dicunt ætati accommodato, cœnunt aut specillo sinus muliebris aititudinem metiri, ne maiori specilli spatio uterū premi contingat, & si amplius illud sinus reperiatur, linamenta implicita summis oris imponuntur, ut super ipsa specillum firmetur. Cæterum conuenit specilli trifolium testulam habens in superiora demittere, & specillum a medico contineri, testulam à ministro cōverti, ut laminis trifolii diductus sinus aperatur. Iam uero si abscessus sublapsum mollis & tenuis existat, quod digitorum tactu subficit, iuxta uerticem dividetur spathula, aut scalpelio ori uulæ pure vacuato, linamentum in longitudine nem implicitum, lemniscum dicunt, tenerimum ex oleo rosaceo imponetur, uel potius extra divisionem sinus muliebri sine compulso inseretur. Extra uero summas horas & super pubem lumbosque lanæ succidæ aut puræ, oleo madentes accommodabuntur. Tertio die infidebit mulier in hydrelæum calidum, aut malæ decoctum: abstensis sudoribus linamentum in longitudinem implicitum in fissuram tetrapharmaco per se, uel cum discocto melle inunctum leniter insinuabis: erit autem solutum butyro aut rosaceo, exterior

PAVLI AEGINETÆ

regio cataplasmatis obducetur dum inflammatio cessa-
merit, & uulua abscessu purgata fuerit. Sin autem diffi-
culter expurgetur, collui debet oriculario clystere ex iri-
dis decocto, aut aristolochiae, aut melle. Cicatrix duci de-
bet medicamento ex cadmia, soluto uino per linamen-
tum irroratum. At si intra os uulua abcessus fuerit, at-
tingi non debet.

QVA RATIONE PARTVS

ex utero excutiatur excidaturque.

Cap. LXXXIII.

QVOMODO & gre parienti succurratur tertio uo-
lumine tradidimus: sin autem eo nihil proficiat
tur, ad chirurgiam merito diuertimus, id primū
notantes, mulier superstes ne futura sit, an minus: & si q[uod]o-
dem salus speratur tunc manum admoliemur: sin con-
tra, attingi non debet. Quæ igitur perniciem sui porten-
dunt, inexpugnabili dormiendi necessitate premuntur,
resolutæ sunt, & uix possunt excitari, ac si excitentur in-
clamatæ, imbecilliter respondentes, rursus graui somno
sopiuntur. Nonnullæ conuulsione modo contrahantur,
aut neruis conturbantur, aut alimentum non sentiunt,
pulsus ualde inturgescens deprehenditur, sed languidus
& imbecillis: quæ incolumes futuræ sunt, nihil eiusmo-
di patiuntur. Oportet igitur resupinam mulieriem in le-
to sic collocare, ut figura ipsius magis sit declivis, crux
ta ipsius exorrecta mulieres utrinque continant, aut
quædam ministrae. Si uero non adfuerint, mulieris tho-
racem uinculis quibusdam lectulo adfirmabunt, ne cor-
pus attrahentes sequens, attractionis uim dissoluat, ac
sumis uulua oris diductis, per ministrum sinistram ma-
num contractam conualentibus digitis inunctam, in os-
tiolum inferemus, idemque pertentabimus, & oleo in-
fuso relaxabimus, disquirentes ubi uncum quo foetus
extrahet, defigi conueniat. Idonei uero loci sunt quis-
bus inicietur, si in caput conuersus infans descendit, os-
culi, occiput, os iuxta palatum, mentum, claviculae, &
sub

sub costis sitæ regiones, ad hæc præcordia, quæ Græci
 hypochondria appellant: si in pedes conuertitur, ossa su
 per pubem extantia, intercostalia, clavicularia rursus & de
 inde uncus dextra manu continuebitur, flexu ipsius digita
 tis occultato, sinistra manu leniter inseremus, & particula
 la cuiquam ex prædictis usque ad vacua transmittimus.
 huic alter opponetur, quo attractio recta procedat, neq;
 alteram in partem inclinet, deinde æquabiliter trahetur
 non solum recta, sed etiam in latera, quemadmodum
 in dentibus eximendis fieri solet, & tensionem interea
 remittere iterum non conuenit, postea uero indicem di
 gitum unctum, aut etiam plures demissos inter os uul
 na & corpus impactum, orbiculatum circummagere, uen
 luti excoriando: si autem iuxta ratione uncus subsequan
 tur, in superlora transferre conueniet, atque sic agere dum
 perfecta foetus sit extractio. Si autem secunda obiecta
 fuerit, nec propter obstructionem queat conuerti, circu
 posito pâniculo, ne deuoluatur, modice attrahere oportet,
 ac prolapsum totum ab humero absindere, idemque
 facere etiam si duæ secundæ prociderint, similiter etiam
 pedes procidentes corpore reliquo non sub sequente,
 ab inguinibus amputari oportet: deinde reliquum coro
 pus distorquere conandum. At si caput iusto maius ob
 structionem pariat, & aquam subter cutem capitatis infans
 collegit, spathula polypis dicata, aut scalpro, aut cultro
 quod scolopomacheron dicitur, inter digitos occulta
 to, caluariam diuidemus, ut uacuata concidat, quod si
 naturaliter amplum sit caput, similiter diuisam caluariam
 forspice qua dentes aut ossa extrahuntur, cōprimemus.
 Si ossa emineant, hæc quoque auferre ratio est. At si capia
 te ad thoracem adatto obstrucio prouenerit, eodem
 instrumento clavicularum compages usque ad interiora
 spatia diuidentur, ut humore uacuato thorax concidat
 & collabatur, quod si non concidat, diuisas etiâ claviku
 las ipsas auferemus, tunc enim collabetur. Porro si inus
 tenter mortuo foetu sit inflatus, aut aquam subter cutem

PAV. AEGIN.

II

P A V L I A E G I N E T A

Collegerit, eadem ratione ac uia eum vacuare cum ipsis
interaneis aggrediemur. Cæterum si in pedes deferantur,
inclinatio facile ad uteri os dirigitur: qd si iuxta tho-
racem aut in um uentre fuerit impaetus, linam to ipsi-
sum attrahemus, eodemq; modo ea quæ ambiunt diuis-
demus. At si reliquis ablatis caput reuersum inhæserit
firmius, sinistra manus demittetur in uterū, & si os ipsius
pateat, manum in ima transferemus, ac caput inuestigas-
tum digitis ad os devoluemus: deinde uncum unū aut
alterum defigentes, propter orifici inflamationem nō
propellentius, sed infusionibus piguibus copiosissq; ute-
mur: item insesibus, fomentis, & cataplasmati, ut diu-
eto ore auferatur, quemadmodum superius comprehē-
sum est. Porro quum in latera eductur foetus, siquidem
dirigitur, prædictis utem rationibus: si minus, totum
ipsum intus dissectū particulatum eximemus, cura adhi-
bita, ne particula quæpiam ipsius nobis nesciis intrus re-
linquatur. Postquam manu scalpelloq; administrationē
obierimus, remediis ad inflammationem inscriptis uten-
dum est: quod si profluuum sanguinis oboriatur, huius
quoq; curationem accepisti.

S I S E C V N D A E F V E R I N T
relictæ. Cap. LXXV.

F oetus excusso frequenter accidit, ut uelamentum
illius in utero firmiter adærescat, quod nostri secū-
das, Græci chorion, & deuterion appellant. Didu-
cto igitur uuluaæ ostio, secundæ, qua inibi relictæ sunt, et
in partem aliquam orbiculatim conuertæ, facile educū-
tur. Manu siquidem sinistra calida, inunctaq; in fundum
demissa, secundas sublabentes optet elicere. Si autem
fundo uteri fuerint adnatae, demissa similiter manu com-
prehendentes tendemus, neque in rectū, ne uulua pro-
cidat, neque uiolenter admodum, sed leniter primum
deducemus, huc illuc circumagentes, deinde paulo ua-
lentius, hoc enim pacto obsequuntur & à connexu dis-
soluuntur. Q uod si uuluaæ os conniuere fuerit depre-

hensem, remedii ad hoc commemotatis uterum est:
 Si uires non fuerint inualidæ, etiam quæ sternutamenta
 prouocant, & aromatum haliti ex fistili uaporari con-
 ueniet: & si os uteri diductum sit, manu inserta, sectandas
 5 ut dilectum est, extrahere conabimur. At si ne sic quidem
 exemptæ fuerint, negotium facilius non oportet, secun-
 dum paucos enim dies putrefactæ & in saniem resolu-
 tæ excidunt. Q uia uero grauitate odoris & caput op-
 10 plent & stomachum peruerunt, suffitus conuenientes
 excitabuntur, ad eos autem cardamonum & fucus aris-
 dæ commendantur.

Q VOMODO COXEN DICES

adurantur. Cap. LXXVI.

25 **Q**uemadmodum humerus, ita etiam coxa pro-
 pter humiditatis copiam nonnullis excidens,
 ustionem postulat, quod Hippocrates his uer-
 bis testatur: Q uibus coxa ex diuturno ipsis cruciatu-
 loco suo mouetur, erus contabescit & claudi sunt, nisi
 20 ustionem experiantur. Conuentur igitur tunc illum præse-
 tim locum adutere, e quo articulus excidit, sic enim hu-
 mor redundans desiccabitur, & locus cicatrice densatus
 non amplius os suscipiet, quare etiam penitus illuc ustio-
 nem moliri conuenit. Recentiores autem tres crustas
 25 adhibent, unam retro urentes in acetabuli sinu, alteram
 supra genu extirpescit, & tertiam supra exteriorem ta-
 lum, qua est carnosior.

DE FISTVLIS ET CERIIS.

Cap. LXXVII.

30 **C**um locus postulet de ani fistulis differere, nihil
 mali fuerit prius generatim de omnibus fistu-
 lis uerba facere. Itaque fistula sinus est callo
 obductus, aliquatenus indolens, in pluribus nascentes par-
 ticulis, magna uero parte ex abscessibus ortitur parum
 dextre curatis. Callus autem continua quedam caro est,
 35 albida, madoris expers, eoq; etiam doloris neq; uena,
 neq; uero ad ipsum pertinente. Interim sinus siccus, in-

PAVLI REGINAE

terim humidus est, nunc humor incontinenter fluit, nūc certis quibusdam temporibus remittit, ore ipsius oppleto iterumq; adaperto. Alias fistulas in os desinunt, alias in neruum aut aliam quamquam principem particulam, uel recte intus tendentes uel oblique, item uel uno ore, uel pluribus perire. Quod igitur in grandes arterias, aut nervos aut tendines notatū dignos, aut membranā co^stas succingentem, aut aliquam principalem particulam deueniunt, uel nequaquam uel certe cum multa artificio saq; diligenter attingere debemus, reliquis hunc in modum manū admoliemur. Primum tentabimus, si quisdem recte intus tendant cultro excisorio si oblique, spe cillo inflexo. Huiusmodi autem sunt quæ ex stagno sūt item ex ære tenuissima. In quibus autem duæ pluresve oræ habentur, notationi per specillum non obtemperātes, sinu per unum ipsius orificium adusto ex clysteris in reliquias oras transitu deprehendemus, num una fistula sit pluribus oris dehiscentia, an plures; ac ubi tentatū est, si quidem per summa habeatur sinus, arcusq; sit, demissō specillo explicantes, scalpello figura commodiore callū tollemus, aut unguibus, aut acie lcalpri deradentis; at si latitudinem habeant corpora superflua, circum adimēbent: sin autem non summa occupauerit, sed penitus recte tendat, eo quatenus licet, in alto diuiso, orbiculatim totū callū auferemus: quod si reliquiæ ipsius ali quæ remanerint, medicamento adurente eas consumemus. Porro si amplius quam sit medicamento non cedat, ferro candente cruxas ei inducemus. Cæterum si fistula in os terminatur, hoc quidem quod integrum est, duntaxat rademus; ubi uero cariem aliamve quandam corruptionem experitur, quod uitiatum est, totum excisoris aciem inter se opposite habentibus tollemus, si opus sit, prius terebra pforatū, siue ad respiratū duntaxat, siue ad medullā usq; fuerit uitiatum. At si os quoq; emineat caulis modo porrectū, sera ipsum adimemus. Sumptis itaq; duobus loris, unius qdē mediū osi emis-

nentī subſiciemus, ipsūq; per ministrum at tollemus: al-
 terius autem quod crassis est, uel ex lana quoq; factū,
 ſimiliter medium carni quæ oſſi ſubiacet adaptantes, ini-
 tiāq; infra prehendentes, per ipsum lorum carnem deor-
 sum tubebeimus detrahi, ne ipſa ſerræ dentibus perrada-
 tur, atq; hoc paſto nos excretionē molimur. Vbi uero
 particula quæpiam princeps ſubiecta eſt, exempli gra-
 tia, membrana coſtas inuoluēs, aut spinalis medulla, aut
 eiusmodi aliqua, inter excidendum aut ſerra concutien-
 dum os, laminam, quæ quōd mēbranā cerebri custodit
 meningophilax græce dicitur, ſubſiciemus: non uitiatō
 autē oſſe, totū orbiculatim carne nudum ſerra eodem
 modo deradetur. Fieri nāq; haud potest, ut oſſa circula-
 tim implicita carne obducantur. Simili ratione ſi oſſis
 terminus prope articulum fuerit uitiatus, idem ſerra au-
 ferri debet. At ſi totum ſubinde os, tempe cubitus aut
 radius aut tibia aut eiusmodi aliquod contabuerit, totū
 adimetur. Femoris autē caput, aut coxa, aut spinalis me-
 dullæ uertebra affecta, attingi non debet, periculi quod
 ex arteriis adiacentibus accidit evitandi gratia. Hoc igi-
 tur modo ac uia faciendum eſt, in ſingulis ubiq; partis
 cularum uitiatarum ſitu, uicinitate, & naturæ cōſortio in
 ſpetto, item morbi magnitudine, & laborantis uitiū ro-
 bore conſiderato. Cerion aut quum ſinus fit hifloſus,
 mellea diſfluens humiditate, eandem administrationem
 curationem q; cum hifloſis & aliis ſinibus requirit.

DE ANI FISTVL IS.

Cap. LXXVIII.

A Ni hifloſae latentes quidem notantur inde quōd
 ore non apparente dolor iſpis oboriantur, et pu-
 tulenta humiditas per anum profundatur. Plurimi
 abscessus quoq; indicia præceſſerunt: manifeſte au-
 tem cultro exciforio, aut ſeta porcina demissa noſcun-
 tur. Nā instrumentum ad ima penetrat, & dīgo ſindice
 in ſedem transmiſſo ſublabitur, hifula nimirum ad inte-
 riora pforata. At in iis q; pforatae non ſunt, instrumen-
 tum

PAVLI AEGINETA

378
digito nequitam similiter occurrit, sed per mediū corpore nō perforato. Tortuosas autem & labiryntii modo flexuolas agnoscet inde, quod instrumentum paululum procedat, prius autem ad illarum portionem copiosum efficeratur. At quæ prope intestinum oriuntur fistule, s agnitionem sui præbent, quod nonnunquam & lumbri ci & sterci per orificium erumpat. In omnibus autem, fere callus aliquis in orificio prominet. Itaq; fistula insensibilis est, quæ uelice cervicem perforauerit, aut quæ ad femoris articulum sit, aut ad ipsum longanomet tenet. Aegre uero consanebit, quæ orificio careat, tum quæ deliteat & in os terminatur, multifariamq; fistula est: relia quæ in uniuersum facile curantur, administratione hunc in modum adhibita resupinato homine, ut cruribus sursum porrectis femora ad uentrein inclinent, quemadmodum fit in iis quibus clyster in aluum mittitur, si fistula extrellum in summo sublabitur, culter, aut specillum per orificium demittitur, subiectaq; cutis simplici linea exciditur. si autem alte inta sedem fistula terminus finiat demisso per orificium cultello, siquidem perforatam ipsam inuenierimus, demisso opposite affecto anulo, manus indice digito eiusdem scalpelli initium adigentes & deflecentes, ipsum foras reducemos, ac corpora quæ incumbunt, cultello simplici diuisione liberabitur. At si nondum fistula perforata reperiatur, in altum uero ani duntaxat terminetur & tentantibus nobis indici digito sublabatur, corpus intercedens quod squamosum membranumq; est, uehementius mucrone cultelli per forabimus, traductoq; per sedem cultro, rursus scalpelio corpora quæ incumbunt resoluemus, quæadmodū prius explicatum est. Si igitur terebræ aut scalpelli ad fistulas accommodati acie sinus fundum iuxta sedem p forauerimus, ipsum instrumentum per anum inferentes, illinc totum quod interiacet acie terebelli pertundemus, & post excisionem specillo aut forcipe corpora diuisio nem ambientia (calli autem sunt) prehensa ex toto adi-

10
15
20
25
30
35

menus, musculum qui anum constringit, sphincter dicitur, ubique uitantes. Nonnulli siquidem ruidus dum in altosectionem molirentur, ipsum conuulnerarunt, atque inde inuoluntaria stercoris excretio homini accidit. At si qui timidiusculi chirurgiam fugiant, Hippocratica uti debent deligatura. Iubet siquidem Hippocrates, linum quintuplex crudum per cultrum foratum uel speculum fistulæ demittere, & lini principia coniungi, ac quotidie cōstringi, donec corpus totum quod duabus oris intercedit, dissecatum, linum eructet. Si uetusatem malum contraxerit, quem dissolues etiam psaro aut eiusmodi quodam arido illito linum oportet extrahe re. Sunt qui foramini terebrat fistulis dicata insertum linum iuxta prædictam rationem propellunt, quod meo iudicio non conuenit. Dum enim chirurgiam uitant, præter quod hanc requirunt, etiam curationem remorantur, de latenteribus autem fistulis Leonides hunc in modum tradit: Quia aut imum stringentis musculi fistula sit occupatus, quæ uel à sede incipiat, uel lōgius pcedat, post notas indicatas, instrumento qd ad sedē diducendā sit aptatū, dico aut quod Græci dioptron appellat, tuis libbris finis modo, anus distendetur, atq; quā fistulæ os clare apparuerit, & ipsum specilli mucro demittetur, pro pelleturq; in imum: lamina uero subiecta tota fistula super eam dividetur semispatha, aut spatha fistulis incidendis peculiari. Nos autem quem in talem incidisse mus affectum, hoc administrationis modo uti non possumus, quod ductus fistulæ in conspectum non ueniret. Nam inter anum & eius fibulam dextra parte sita erat, instrumentum uero quod ei diducendæ erat in positum, magis operationem adumbrabat, at per digitos distendentibus anum nobis, rimæ quædam inter unam quandam ani rugam ceu fistulæ emissarium apparebat, etenim pus per ipsam emanabat, per eandem uero cultelli mucronem in fistulam ceu ab ea manu duci demittebamus, deinde dextræ manus indice digito,

PAVLI AEGINETÆ

ani fibulae inserto, quum inuenissemus quoddam inter
digitorum & instrumentorum tenuem corpus, uiolentiusq; cul-
tellum digito adegitsemus, fundum fistulæ sursum con-
uersum perforauimus, quumq; digito mucronem ins-
trumenti foras traeiectassemus, conspicuum nobis factū
totum corpus quod inter fistulæ oras habebatur, dico
autem eorum quæ initio ad humoris emissarium sit-
erant, & earum quæ nunc à nobis factæ sunt, scalpello
præcedentes dissoluimus.

DE HÆMORRHOIDIBVS.

Cap. LXXXIX.

CVM hæmorrhoidum notæ, ex ipso quod uas
cuator innotuerint, ante quam manum admolia-
mur, clystere utemur copiosissimo, simul intesti-
ni superuacua iranantes simul & anum, ut promptius
inuertatur & extrema ipsius pars exeat, irritantes. Resu-
plato igitur ægrotante aduersus lumen clatum, si quic-
dem constrictione usi fuerimus, linum quintuplex ferrag-
mento quo ora uenarum in ano extantia adurūtur, uel
quo uiae labris hæmorrhoidum circumponentes unā
quancumque hoæ fune astringemus, una dunataxat relata, qua
sanguis superfluius emanet, quod etiam Hippocrates
præcipit. Post astrictionem linam èto implicito oleo ma-
dente, & ad sedē accōmodato ligamine, usi, ægro que-
tē indicemus, oleo tepido, aut mūlsa uentri medicates,
deinde postea cataplasmate ex micis panis & croco ute-
mur. Vbi hæmorrhoides exciderint uino cicatrix duci-
tur. Leonides aut nō deligat, sed forcipe prehensas am-
pleriter hæmorrhoidas scalpello excindit. A chirurgia, mā-
na utendum & amylo, chalcitide, uel eo medicamento
quod uita spongia simul & pice constat, item pastillo
faustino ad absolutam adiunctionem. Alii uero instrumen-
ti quo uiae uruntur utriculo, medicamine qd adurat re-
plete, quæ admodū uia, sic etiā hæmorrhoidas usserūt.

DE CONDYLOMATIS, TV,

berculis, & ritmis. Cap. LXXX.

ANi condyloma loco solum ab eo quod mulieres
bres locellos infestat, differt occalescens & ipsa
sum sedis tuberculum, aut inflammatione, aut no
ma quæ dicitur rhagæ præcedente. Primum itaque tu
berculum appellatur, occalescens autem, condyloma;
quare contineit quemadmodum illa, specillo apprehensum
sa' excidere, & medicamentis crustam ducentibus cura
re, rinas autem à stercore potissimum indutescentes, et
cicatrice spatio temporis occalescentes, recentes facies
mus, uel unguibus uel scalpello radentes, & cicatricem
ut par est, inducemus.

DE ANO NON PERFORA
TO. Cap. LXXXI.

Peris recens natis, anus ex natura non perfora
tus interim inuenitur, membrana uidelicet obstru
ctus, haec igitur si fieri potest, digitis ipsis dirumpe
tur, si minus, acie scalpelli eam excidentes, uino cura
bimus. Quoniam uero & prouectis subinde ob ulcus
non dextre curatum anus constringitur, conuenit hanc
unitatem instrumento conuenienti disruptam curare, si
stula plumbacea, aut obturamine quodam anno usq; dum
in totum confanescat, commodè inposito, ne rufus co
alescat. Portò obturamentum medicamine quodam c
atricem ducente oblini debet.

QVOMODO VARICES EX
cindantur. Cap. LXXXII.

Variæ uenæ dilatatio est aliquando in temporis
bus, aliquando in ima uentris parte sub umbillis
eo, nonnunquam etiam circa testiculos, sed ma
xime in cruribus. Hic igitur originem plurima parte ex
materia melancholica trahit, eorum autem qui testicu
lis oboruntur curationem per scalpelium iam in capite
de varicum ramice tradidimus, atque his similiter crura
infestantes aggrediemur, ab interiori femoris parte incis
pientes, ubi etiam origo ipsorum magna ex parte inue
nitur, inferius enim, in plures, distributi propagines diffi

PAVLITÆGINETÆ

cilius tractantur. Loto igitur homine, tuniculum superio
ri femoris regioni circundamus, iubemusq; ut inambu
let, inde repletam uenam atramento scriptorio aut col
lyrio notabimus iuxta varicis situm, trium ditorum,
aut paulo ampliori spatio interposito, decumbente æ
go cruribus extensis; alterum funiculum supra genu inij
ciemus. Elata autem in uerticem uena scapello scindâ
mus, qua atramenta nota est, tam alte, ut cutem duntaxat
scalpellum penetret, ne uenam diuidamus, ubi oras uul
neris hanuvis diduxerimus & membranas cultro ad ra
micem aquosum accommodo excoriauerimus, uena
detesta & undequaque explicata femoris ligamenta sol
uemus, uale per obtulum hamum suspento, acum du
plex linum trahentem subiicientes, habenulam amputa
bimus & diuisa scalpello per medium uena, detrahem⁹
sanguinis quantum usus postulat deinde funiculo supe
riorem uasis partem constringentes, redim⁹q; crus ele
uantes manuum expressu, sanguinem qui in cruce est eg
uaciabimus, deinde infra rursus uas deuincentes, uel id
quod inter uincula est abclsum, à uena adimemus, aut
maniere id finemus usque dum sua sponte cum funibus
excidat, & uulnere fccis sinamentis oppleto splenium
œtelæo madens inflectum deligabimus, medicamen
toq; ad pus faciundum apto quod linteolis illinatur po
sanabimus. Noui autem ueteres nonnullos, funibus nō
usos: alios inde uas denudatum excidere: alios alte ip
sum eleutatum cum uiolenta extrahere abruptum. Ve
rum omnium tutissimus chirurgiae modus, quem sus
pra diximus. Porrò varices in imo uentris suborientes
consimiliter tractabimus: item eos qui tempora in
festant, quemadmodum in angiologia comprehen
sum est.

DE DRACUNCULO. Cap. LXXXIII.

DE dracunculo quomodo medicamentis potis
sum emendetur, quarto libro peregrinus.

DE EXTREMARVM PAR

tium ultio, acroterias mon appell
lant. Cap. LXXXIII.

SVmmis partibus nonnunquam putredine cōsum
ptis, nempe manu aut pede, ut etiam ossa ipsa con
tabuerint, uel causa exterius adueniēt, uel fractura,
uel præsertim putredinem experta, & excisionem ipso
rum quæ serra fit postulent, ante hanc necesse est corpo
ra osib[us] circundata primum dividere. Verum quia
dum hoc primum fit, deinde longiore temporis spatio
illa serrantur, sanguinis profluiii metus subsequitur, res
tē Leonides non omnia primum corpora pertundit,
prūquam ex toto putredine contabuerint, sed partem,
ubi non plures neq[ue] grandiores esse uenas aut arterias
existinet principio celeriter usque ad os resecat, deinde
os protinus serra execat, panniculum lineaum partibus
præcisum circumponens, ne serra per ipsa tracta dolores
pariat, reliquo exciso, ferramenta candentia uasis iniicit,
& sanguinis fluore suppresso linamentis insertis & cono
uenienti deligatura adhibita, remedio uitetur quod pus
moueat.

DE VNGVIVM PTERYGIIS.

Cap. LXX XV.

Pterygium in unguibus carnis incrementū est, par
tem unguis operans. Fit autē in pedis manusq[ue];
potissimum pollicibus: in pedibus quidem, ex of
fensione plurimq[ue]: in manib[us] autem, ex neglecta redu
cia, & post inflammationem in pus mutata. Si quidē hoc
spatio temporis uuguis radicem exedit, ipsumq[ue]; cor
rumpit, subinde totum abolet, sāpe medium unguis ad
modum infestat. Iuxta unguis autem radicem ipsam,
nonnullā ipsius partē putrefactā, aliquando totam radi
cem à rosiōe immunē relinquit. Est quū & os corrum
pat, odor edatur grauis, digitus p[er] summa dilatetur, mas
gisq[ue] liueat. his igitur manus debet admoueri, ita ut totā
unguis p[re] relictā acie scalpelli resecamus auferamusq[ue]

PAVLI AEGINE YAE

deinde exulceratam incisamq; partem ferramentis adu-
ramus. Etenim pterygium genere de�atio est, quae nos
me Græce dicitur, neque subcidet, nisi adustum, ut si ne-
gligatur, digitur corruptat. At si offe & unguis à uitio
immunibus, exterior unguis angulus qui delitescit, &
carnem ipsi agnatam pungit, inflammationem excitet,
conuenit pugnentem ungulis particulam tenui cultro aut
eiusmodi quodam subiecto sublimen eleuatam, acie
scalpelli adimere & quod eminet medicamento crustis
faciundis idoneo consumere. Plerique hoc modo ad-
ministrationis consanuerunt. Si amplius fuerit uitium,
primum scalpello circum adimemus, mox remedium
ex medicamentis petemus.

DE VNGVE. C O N T U S O.

Cap. LXXXVI.

Quoniam uero subinde ex appulsi unguibus cā-
tus dolores subsequuntur, qui ad manus opes
rationem nos pertrahant, satis est. Galeni uerba
hic apposuisse, quæ sonant in hunc modum. Vngubus
contusis præsens plane remedium ad dolorem auferen-
dum sanguinis detractionem experti sumus, quam pul-
sus doloresq; uehementissimi oboriuntur. Ceterum li-
nea obliqua non recta in imum superne deorum scal-
pello acuto debet incidi, ut sanie excreta, se & haec uns-
guis particula uelut operculum quoddam subiacentiū
efficiatur. At si in rectum superne carnis excrescentiam
incidas, aliud corpus carne que unguis subiicitur per me-
diam diuisionem suppullante gignitur, inde rursus do-
lores prehendunt, quos in rediuis nominauimus, car-
ne quæ sub ungue succreuit, contusionem experta. Eius
modi igitur sectione dolorem protinus ægro adimi-
dere licet, per dies in sequentes commodum est, nobis
subiectam unguis carnem leuiter attollentibus, unguis
sanierem excernere, ac rursus subiectæ carni quemad-
modum dixi, unguem operculi modo imponere, 35
eliqua digitæ totius medicina uti conuenit quæ les-

niat discutiatque.

DE CLAVIS, MYRMECIIS,
& uerrucis. Cap. LXXXVII.

Claus circumcisus in orbem callus est, coloris can-
didi, clavorum capitibus similis: toto corpore,
sed pedum solo digitisq; præcipue enascitur, do-
lor sequitur, & incessus impedimentum. Itaque circum-
scarificatus specilioq; apprehensus, scalpro acuta aciei,
aut quo uenæ scinduntur, radicitus extinetur. Nonnulli
ne rursus succrescat, candenti ferro utuntur. Myrmecia
uero cutis tuberculum est exiguum, callosum, rotundā
& crassum, ad basim insidens, & ad frigora senum foro-
micarum moribus similem excitat. Hæc quoque totū
corpus, præsertim autem manus infestat, nonnulli igia-
tur, inter quos & Galenus est, præcipiunt scarificata ex-
trema parte, fistula pennæ durioris, quales sunt ueterum
gallorum, anterum, & aquitarum, in inum adacta, ex ba-
si myrmeciam auferre. Alli ærea aut ferrea fistula idem
faciunt. Recentioribus satis est, scarificatam specilioq;
apprehensam, scalpro, clavorum modo, excindere. At
uerruca, quæ acrochordon Græce dicitur, exigua cutis
eminentia est, doloris expersa, callosa, rotunda plurima
parte basim habet angustam, ut suspensa esse videatur.
Nominata uero sic est, quod chordæ nexui respondeo-
at, producta igitur ea eminentiam excindimus: sin autē
hoc non fiat, lino saltē aut pilo deligabimus. Noui ple-
rosque & has & prædictas omneis excrescentias ferrago-
mento extincto, ut dicunt, consumpsisse.

DE TELIS E CORPORE

extrahendis. Cap. LXXXVIII.

Chirurgicæ partem telis extrahendis dicatam ma-
xime necessariam esse, poeta Homerus his uerti-
bus inuit:

Vir medicus multis aliis præstantior, ut qui
Corpora tela trahens, medicamine vulnera curat.
Primum itaq; telorum differentiaz enumerati debent,

PAVLI AEGINE TÆ

differunt autem tela: materia, figura, magnitudine, numero, habitu, viribus. Materia quidem quatenus ea quæ imponuntur aut lignea sint, aut arundinea. Ipsa vero tela, aut ferrea sunt, aut ærea, aut stannea, aut plumbea, aut cornea, aut nitrea, aut ossea, aut arundinea, vel etiam eadem lignea, tot enim differentia potissimum apud Aegyptios reperiuntur. figura autem, quatenus alia sunt rotunda, alia angulosa, nempe triangula, alia sulcata, quæ & gonchota dicuntur: alia trisulca, atque alia cuspidata; alia cuspidibus carent, ac cuspidatorum, hæc cuspides posteriora spectantes habent, ut dum extrahuntur, contra defigantur: illa in anteriora, ut propulsata idem faciant: quædam obuesas cuspides habent fulminis instar, ut dum ipsa trahuntur propellunturq; in obiecta infigantur. Sunt quæ mota cardine cuspides habent contrarias quæ dum in trahendo explicitur, telum extrahi prohibent. Magnitudine variant tela, quatenus alia magna sunt, ut trium digitorum longitudinem expleant: alia parua, ut unum digitum æquent. Quæ sane & myiata apud Aegyptios vocantur, alia medium inter hæc locum occupant. Numero autem, quatenus nonnulla simplicia sunt, nonnulla composita. tenuia siquidem ferramenta ipsis imponuntur, quæ in teli extractione in imo delitescent. Habitum, quatenus alia ferrum acutum ligno habent insitum, alia concavum: ac quædam firmiter ligno infixa sunt, quædam negligentius, ut in extractione separata intus remaneant. Viribus differunt, quatenus ueneno quædam sunt obliterata, quædam non. Atq; hæc sunt telorum discrimina. Nunc dicamus quomodo extrahantur in contulnneratis, & in bello, & extra bellum sponte, & in uito, quacunq; occasione, ac qualibet ex materia confecta. Ceterum dupliciter tela in carne extrahuntur, tū euulsiōe tū propulsatu. In qbus n.p. summa telū ipactū est, euulsione eximi debet, similiter etiam quæ alte inhæret, obiectæ uero partes si contulnnerentur sanguinis profluvio aut dolore ex consortii lege periclitantur. At pro pulsatu utimur in quibus alte telum infixum est, & pars

tes obiectæ breue spatium continent, neque herus, ne
 que os, neque eiusmodi aliquod diuisio[n]em impedit:
 offe autem conuulnerato, euulsorium modum assumit,
 s[ed] i[st]i g[ra]tia telum conspicuum fuerit, inde extractionem
 moliemur: si occultatum est, conuenit authore Hippo
 crate modo uulneratus poscit, in ea figura constitutum
 notare in qua etiam uulneratus est: si non poscit, iacen-
 tis certe quatenus licet modo figurantes specillo tentas-
 binus. & si quidem in carne fixum est telum, manibus
 10 extrahemus, aut eius impositorio quod etiam attractio[n]em
 appellant, nisi exciderit, lignumq[ue] id potissimum sit: si ex-
 cideat, forcipe qua dentes radicesve euelluntur, aut ferrari-
 mento quod à telo extrahendo belulum Græci uocat,
 aut alio quopiam instrumento accommodo, extractio[n]em
 nem moliemur, nonnunquam etiam carnem prius incis-
 dentes, si uulnus instrumentum non recipiat. At si etiam
 in opposita telum processerit, nec illac ipsum poscit ex-
 trahi qua infixum est, diuisis sis quæ opposita sunt, per
 illa ipsum eximeremus, uel euellentes ut dictum est, uel
 20 per eam partem in quam retendit propellentes, uel si id
 quod imponitur exciderit, demisso instrumento propul-
 sorio ita ut netuum, aut tendinem, aut arteriam, aut eius-
 modi aliquod necessariorum uitēm, protrudere oportet,
 turpe siquidem est, dum telum extrahimus, p[ro]p[ter]ius eo
 malum efficere. Et si quidem acumen, quod ἀποκεν-
 uocant, telum habeat (hoc autem specillo deprehendes
 mas) scemina ppulsori instrumēti demissa accōmoda-
 taq[ue] telū ppellemus: si cōcauitate, mare. Cæteris, telū exi-
 met: si crenasquas dā habere appareat, ceu alia tenuia fer-
 ramēta eis possint iponi, ac specillo rursus usi illa si inue-
 niamus, eadē rōne & uia auferemus: si in oppositas cuspi-
 des, ut uerisimile est, telū h[ab]et nō exilierit, uicinus ei loc[us]
 dissecari debet, si nulla ps necessaria cōtigua sit, detectū
 q[ue] telū sustēcates modeste extrahem⁹. Nō nulli uero exi-
 gua aridine cuspidib⁹ ipsi circumposita sic telū euelliūt,
 ne carnes à cuspidib⁹ radantur, & si uulnus inflamat. oe

P A V L I H E G I N E T A

uacagerit, sutoris usi cruentorum modo curabimus, si in
flammationem experietur, formentis, cataplasmatis, &
consimilibus medebimur. Porro si uenenato telo quis
ictus est, totam carnem quæ ueneno iam mutata est, si
quidem fieri potest, præcidemus. Agnosces autem eā
quid à sana carne differat, pallida enim, subliuida, & ue-
luti emortua apparet. Autem autem Dacos & Dalmatas
cuspibus elenum & nimum dictum oblitere, idq; ubi
sanguini uulneratorum obuenerit, hominem occidere:
comestum uero ipsi innocuum esse, & nihil male effice-
re. At si tekim ossi inhaeserit, rursus instrumento experie-
mur, & si quidem caro impedit, hanc adimemus aut
diduceamus; si uero etiam alte in osse demersum est, qd
cognoscimus si firmiter id infixum nulla ui commouea-
tur, excisorio cultro osse quod iuxta est exempto, aut e-
tiam terebra prius perforato, si crassum sit, telum libera-
bimus. Porro si in principem aliquam particulam telū
defigitur, exempli gratia, cerebrum, aut cor, aut guttur,
aut pulmonem, aut iescur, aut ventriculum, aut intestina,
aut renes, aut uuluanam, aut iesicam, quum iam notæ le-
thales apparuerint, & euulsi præsertim multum crucia-
tum uexationemq; accerfisura est, nihil tentabimus, ne
præter quod nihil lumen profecturi, etiam conuictiandi
occasione id otis prebeamus. Si uero quæ ad basim
sunt, in conspectum tunc non prodeant, præfati pericu-
lum, opus aggrediemur. Multi siquidem abscessu quo-
que in aliqua uitæ necessaria parte oborto, præter opis-
tionem confluuerunt, quum & iesoris fibram, & omes-
ti partem interiorisq; abdominis membranæ, peritos
næ dico, & totam uuluanam subinde ademptam fuisse,
nec mortem inde subsequitam, memoria prodatur. Est
quum guttur de industria subinde in anginis diuidam?,
ut in capite de ipsis incisione dicebamus. Telum itaq;
si in his relinquatur, in præsentaneam mortem præcipi-
tat, præter quod artem etiam inhumanam ostendat: si
eximatur forte etiam salus subsequitur. Porro principa-
lium

Num particularum vulneratum agnitione non est diffis
 cilis, ut quæ ex accidentium proprietate, excrembris, &
 particularum situ, inueniatur. Si igitur cerebri membrana
 uulnus accepit, dolor capitinis validus subsequitur, oculi
 feruent, rubent; lingua agitatur, mens desipit. Si cere-
 brum percussum est, ægri concidunt, vox nihil sonat, fa-
 cies perueritur, bilis uomitus sequitur, sanguis per nare
 is erumpit, & aurem humor albus pustulæ similis ema-
 nat, fantes per uulnus exit. At si in vacuâ thoracis regio/
 nem telum defigatur, salua spatioſa intus laxitate, spiritus
 erumpit, Corde uulnerata iuxta mamillam sinistore, te-
 lum appetit non penetrans, sed ceu alteri impactum,
 ac nonnumq; pulsatilem motum edens, sanguis niger es-
 fertur, si transitus pateat, extrema frigescunt, sudor ema-
 nat, animus deficit, & sine mora exitium subsequitur. Pul-
 mone icto, si spatioſa laxitas est, sanguis ex plaga spur-
 mans vacuatur; quum non est, ore magis per uomitum
 redditur, ceruicis uasa attolluntur, lingua alium colorem
 assumit, multū spiritus attrahunt ægri, frigi appetētes.
 In septo transuerso, telum iuxta spuras costas defixum
 appetit, inspiratio autē magna oritur, cum genitu et do-
 lore per totam humeri partium compagem. Quod si
 abdomen uulnus accepit, id ex recrematis innoteſcat,
 quum latum intus spatium existat, vel etiā telo exempto,
 vel eo quod imponitur intas fracto, succus ex uentricu-
 lo evacuatur, ex intestinis sterlus, interim & omentum,
 vel intestinum procidit. Vesica autē vulnerata, urina exer-
 titur. Itaq; in cerebro eiusq; membranis ictis, caluaria p-
 forata telum eximimus, quemadmodum in capitinis fra-
 turis mox dicetur. In thorace autem, nisi telū subsequi-
 tum fuerit, per mediocrem intercostalium incisionem,
 vel etiam una excisa costa, lamina quæ reliqua tueatur
 subiecta, euellamus. Similiter in uentre, vesica, cæterisq;
 in alto particularis, si quidem telum subsequatur, citra nos-
 gotium eximimus: fin minus, rursus diuisione adhuc
 bita medicina utemur, quæ cruentis conueniat.

PAV. AEGIN.

KK

PAVLI AEGINETA

In uentre si res postulet, et suendi eius ratio, quæ gastrographia dicitur, accommodabitur, quæ in modum cōprehēsum est. At si in grandiore quodā uase, exēpli gratia, in iugularibus uehiis quæ in imo latent, aut arteriis quas cā rotidas appellant, aut et magnis arteriis quæ alas uel inguina intercurrunt, telum defixum, copiosius sanguinis p̄fluuum p̄ exemptionem minetur, ratio est hæc suis nibus antea ex utræque parte cōstringere, deinde teli euul sionem moliri. At si particulae plures confixaæ fuerint, uerbi causa, brachio cum thorace coniuncto, uel cubito cum aliis corporis particulis, uel pedibus inuicem, si qui dem nō per totas utræque partes telum penetrauerit aut hasta, apprehensa hæc extrinsecus, uelutietiam in una euellemus: si ambas penetrauerit, dimidia ligni parte ferra resecata, particulatim singula facilior figura extra himus. Quoniam uero & lapides subinde uel buccina, uel plumbeum, uel simile quippiam exfunda mittitur, tu ui, tum quod angulosa sunt desfiguntur. Agnosces igitur ea, quod moles aspera & in qualis illabatur, item quod non omnino in rectum tendit diuisio, sed amplior, & caro ueluti contusa liuidaq; appareat, ad hæc, quod cum grauitate dolor affligat. Hæc igitur conuenit agitata instrumento quo quid atollimus, aut aduersa scalpelli parte, aut vulnerario specillo recipere. Si autem fieri potest, etiam forcipe extrahemus. Multis autem infixa tela intergra intus insederunt, quæ uulneribus cicatrice obduclis, deinde longiore temporis spatio partem eam abscessu occupante & disrupto, exiliere,

DE FRACTVRIS, ET QVOT ipsarum sint differentia. Cap. LXXXIX.

PRoximum fuerit tradita carnis uitiorum manu scalpellove curandorum ratione, etiam de ossium fracturis, dico sane etiam luxationibus sermonē instituere, quoniam & ipsæ chirurgiæ generi subiiciuntur, & primum de fracturis agam hisq; prius quæ in cas-

pite fiunt, tum quod inter carnis & ossium chirurgiam
 medium locum obtinent, tum quod omnibus partibus
 calvaria praecellit. In uniuersum igitur fractura ossis est
 diuisio, aut ruptura, aut praecisio, à violentia quadam ex
 5 trinsecus accidens. Cæterum plures fracturarum sunt
 differentiaz, alia siquidem dicitur fieri raphanidon, hoc
 est ad raphani speciem, alia schidacidon, alia eis onicha,
 alia alphitidon, alia cata apothrausin, id est, iuxta refrac-
 tionem. Raphanidon igitur ruptura ossis est transuersum
 10 per crasitudinem facta, quæ etiam sicyedon & cauledo
 nonnullis appellatur, ex cucumerum & caulinum fracto-
 rum similitudine. Schidacidon autem quasi assulae mos-
 do, est oblonga ossis fissura. eis onycha, quasi dicas in
 15 ungue, iuxta partem aliquam recta est fissura in extre-
 mo lunata; quæ etiam calamidon appellatur. Alphiti-
 don, ad farinæ similitudinem dicta, est quum os in mulo
 tas tenuies parteis fiuditur, quæ & ipsa caryedon à quis
 20 busdam uocatur. Refractio autem, quæ apothrausis dis-
 citur, ueletiam praecisio, est quum pars ossis per summi-
 tatis rupturam auferitur, ut ablata superinnatet. Atq; tot
 fracturæ constant differentiis.

DE FRACTVRIS CAPITI
 tis. Cap. XC.

25 **F**ractura in capite peculiaritet calvariae est diuisio,
 nunc simplex, nunc multifida, à ui quadam extre-
 more facta. Porro differentiaz capitis fracturarum
 haec numerantur. Rhogme, id est fisio, Eccone hoc est
 excisio, Ecpielsma, quod est effraction, Engisoma, id est,
 corporum appropinquatio. Camarosis hoc est testudis
 30 natio, in infantibus etiam Thlasis quod est contusio.
 Rhogme igitur calvariae per summa est diuisio, aut ris-
 ma profundior, in qua nequaquam os ultiatum foras
 emouetur. Eccone calvariae fissura est cum ossis offens-
 si ruptura. At si à reliquo oste pars offensa discesserit,
 35 a posceparnismon nonnulli uitium appellant. Ecpielsma
 in multis parteis calvariae effraction est, in qua profundius

PAVL I AEGINETA

osca descenderint, & cerebri membranam contactu suo
premant. Engisoma caluæ ictus est, in quo os ultiatum
ad interiore cerebri membranam descenderit. Camar-
osis diuilio caluariae est, in qua pars affecta cameræ mo-
do exaltata relinquitur, ut Galenus tradit, ac intro à sanis
fracturæ partibus ossa magis recedunt, membranæq;
innituntur quemadmodum in epiosteate. sic enim il-
le existimat. Alii etiam trichismon, quasi dicas capillatio-
nem, his adnumerarunt. Est autem trichismus arctissima
rhogme sensum plerunque fallens, eoq; latens: quæ ga-
non facile se ostendit, mortis causam saxe adfert. Thla-
sis caluariae diuilio non est, eoq; nec fracturam recte di-
xeris eiulmodi affectionem, uerum est osis caluæ in in-
teriorum partem impulsio, aut inflexio, concavitatem in
tegra caluæ continuitate tantum efficiens, ut licet in plur.
beis æneisq; uasculis si foris percutiantur illidanturve co-
spicari. Porro contusionis huius duæ existunt differen-
tiæ: uel enim calua per totum sui effectum contunditur,
ut frequenter etiam cerebri membrana abscessu occu-
petur: uel omnino à caluaria hac per totum aut nō per
totum premitur, sed iuxta exteriorem duntaxat, superfi-
ciem usque ad laminam secundam deprimitur. Sunt q;
his differentiis apecHEMA, quasi dicas ab Echo respons-
ionem, addiderint. Ea est, à corrarla ictus parte facta cal-
uariae fractura. At syluntur hi, quoniā non sit in homi-
nis calus quemadmodum in uitreis uasculis fieri illi do-
cent, illa siquidem uacua sunt, ideoq; id patiuntur, calua
autem hominis undique plena & alioquin solida est, sitz
que in hoc ictu, quod in capite alius ex causis fieri uide-
tur, in quo integræ cutis cōtinuitate factus abscessus, quā
sextus ferit, offensam illi hominis caluariam fuisse ins-
nuit. sic etiam & in hoc malo factus contraria in parte
abscessus, illi credi postulat, atq; hoc uitium
quemadmodum prima dicta rhogme curatur. Si igitur
fractura capitis facta fuerit, speciem ipsius ex corpore
quod percussit, deprehendes, si acutum fuerit, aut graue

aut durum, aut uolenter impactum. Item ex sympto^m
 matis quæ i^ctu superueniunt, exempli gratia, uertiginib^{us},
 uoce amissa, aut subito collapsu, præsertim in engi^o
 somate, aut contusione, aut ecpiesmate, aut interiori ca^d
 marosi cerebro compresso: item ex notis quæ à sensu
 capiuntur. Si enim ampla cutis fuerit diuisio, per ipsam
 prompte cognoscemus: sin autem diuisio non per tot^{um}
 ierit, aut angusta sit, fracturam tamen esse suspicere
 tur, cute diuisa, & oculis, & specillo demissio eam per-
 noscemos. Si enim ex aliis quæpiam fracturis fuerit, in-
 de manifestum euadet: at si rhogme solum angusta &
 pilosa sensum fugiens, medicamento aliquo nigro, liquido,
 uel etiam ipso attramento scriptorio infuso, os rade-
 mus, ipsa natque rhogme nigra ostenditur, conuenienter
 rasuræ tam diu insistere, quo usq^e signum rhogmes abo-
 leatur. Si ad cerebri membranam usque peruererit fra-
 stura, non tadernus, sed agnoscere conabimur utrum
 membrana ab osse recesserit, an affixa permaneat. Si
 enim ipsa manet, inflammatio nulla uulnus infestat, æger
 paulatim febi liberatur, & pus coctum apparet: si reces-
 serit membrana, augentur dolores, & febris similiter, os
 alium sumit colorem, pus tenue & crudum effertur, &
 si medicus rem negligentius tractet, nec perforatione
 utatur, hoc grauiora oboriuntur symptomata, nempe
 bilis uomitus, convulsio, mentis delirium, febris acuta,
 in quibus manum admoliri non oportet. Quod si his
 absentibus membrana cerebri non abscesserit, rhogme
 autem duntaxat fuerit, etiam solo rasorio curatur, uel si
 usque in altum penetret. Sin autem tantum usque ad la-
 minam secundam quæ diploë dicitur, fractura peruen-
 rit, eosq^e radendum est, uel etiam confractum os exis-
 mendum, quemadmodum docebitur. At si in tenuia
 frusta os fuerit comminutum, etiam hæc diligenter in-
 strumento idoneo auferentur, etiam si membrana non
 abscesserit. Ab initio autem quum uulneratum sulcio
 peris, hyeme quidem ante diem quartumdecimum

PAVLI AEGINETÆ

omnino os auferre tentato: æstate, ante septimum, prius
quam commemorata oboriantur symptomata, Cætes
tum manum hoc modo admolieris.

CALVARIAE FRACTÆ CV^o

R A T I O.

Deraso super uulnus capite, duas lineas iuxta rectos an-
gulos mutuo se secanteis, quæ literæ X figuram accipio
ant, incidemus, harum autem alteram esse cōuenit, quæ
iam præcessit, deinde quatuor in uertice angulos exco-
riantes, ut totum os, quod perforabit nudum existat:
si quidem sanguis fertur, linamentis ex posca obiectis
cohibeimus; si minus, siccis deinde implicito liname-
to ex æneo inecto, conuenienti uinculo utemur, se-
quenti die, nisi recentius aliquod symptomata prohibeat,
perforare os uitiatum aggrediemur. Collocato igitur
in sedili ægroto, aut recumbente prout uulneri conue-
nit, auribus q; ipsius lana obturatis, propter sonitus qui
ex appulsi redditur, uinculum aliquod uulneris solue-
mus, linamentis omnibus exemptis, & spongia deterfis
fordibus, iubebimus ministris duobus, ut tenuibus fa-
sciolis circumpositis, quatuor angulos corporum quæ
fracturæ incumbunt, attollant, & si quidem os fuerit im-
becillum, aut natura, aut fracturæ uitio, id scalpis exciso
riis acie inter se aduersis, auferemus, primum cauis exci-
soriis scalpis, quos Græci cycliscos vocant, à latiore in-
cipientes, mox angustioribus, deinde specilli modo an-
guftis, malleolo lensim adactis, ad capitis concussionē
utemur. Si autem ualidum os fuerit, prius eo terebellis
quæ mergi nō possint, quas ab arguento abaptissimos
dicunt, perforato, (eiusmodi uero sunt, quæ paulo inten-
tius q; cuspis acuta est, eminentias habent, quæ ipsas ad
cerebri membranā demergi prohlbeant) per scalpa cir-
cuncisione usi, id quod uitiatum est, auferemus, non uni-
uersim, sed particulatim, si quidem fieri potest, digitis: si
non, forcipe, aut uisella qua uel ossa uel pili apprehen-
duntur, aut eiusmodi quodā instrumento. Locus autem

qui inter foramenta est, tantum spatium continebit, quod
 tum maximil mucronis specilli longitudo, tam alte uero
 descendet, ut interiore osis superficiem accedat, cura
 adhibita, ne membranam cerebri terebra attingat, Quia
 re etiam terebram osis crastitudini respondere conue-
 nit, compluribus id genus ad hoc præparatis. At si fras-
 tura caluariæ usq; ad secundam laminam duntaxat q; uenerit, ad hanc etiam usq; solum foranda est. Osse iam
 ablato, asperitudinem quæ ab excisione caluariæ proue-
 nit, rasorio aut quodam scapello excisorio adæquabis-
 mus, laminam quæ membranæ custos est, sublicientes,
 ac osiculis que remanserant, ut uterisimile est, aut spicu-
 lis ingeniose ablatis, linamenta inferemus, quem modū
 diamotosin appellant. Hæc ratio chirurgiæ cōmunitior
 simul & promptior est, & periculo uacat. Item modus
 qui per lenticulatum excisorum scalptum sit, mitum in
 modum Galeno cōmendatur, sine foratione, post in-
 sculptiōnē cycliscis salbris factam, ipsum adhibenti.
 Scribit itaq; hunc in modum. Si uero unam semel par-
 tem nudaueris, ac scalprum qui in cuspide præfixam ha-
 bet retusam leuemq; lenticulæ speciem, aciem uero p-
 longitudinem erectam, submiseric, ubi latam partem lē-
 ticulæ super membranam defixeris, malleolo feries, dis-
 uides q; sic caluariam ita siquidem agentibus, omnia q;
 requiruntur, euenient. Nam membrana, ne si dormitans
 quidem agas, late tantum lenticula parti occurrens uio-
 lari non potest. Quid sicubi adhæreat caluariæ memo-
 brana, huius quoq; adhærentiam in noxie ditimit ro-
 tundum lenticulæ extrellum, subsequitur autem præ-
 euntem eam à tergo ipse scalper caluariâ secans. Quia
 re nec qui minore cum periculo, nec qui celerius perfis-
 ciatur, forandi modum inuenias. At quæ administratio
 feris & modiolo, quem chœnicion siue chenicida Gre-
 ci vocant, peragitur, recentioribus, ceu noxia, improba-
 ta est, sed administrationem quam in rhogme exposui-
 mus, probant. Idē uero modus osium excidendorum

PAVLI AEGINETÆ

conueniet in reliquis etiam caluariæ fracturis. Quantum uero excidete conueniat, Galenus nos docebit, hunc in modum manifesto scribens. Quod uehemens ter est confractionem, id totum auferri debet: si uero ab eo fragmenta quædam longius excurrant, quemadmodum aliquando cernitur accidere. haec persequi ad extremum non oportet; illud probe scientes, nullam inde noxam sequuturam, modo reliqua omnia rite sint confecta. Post chirurgiam panniculo simplici linea, uulneri æquali, rosaceo madenti, cerebri membranam operie mus, exiguamq; lanæ stuppam similiiter rosaceo imbutam præcō panniculo imponemus, deinde linamentum implicitum duplex in œnælæ aut ipso rosaceo tintatum, toti uulneri circumponemus, diligentia adhibita ne cerebri membra grauetur, postea latiore utemur ligamento, neque hoc astringentes, uerum ut linamentum solum retineat. Virtus adhibebitur qui inflammationem arceat, & febribus peculiaris est, membrana cerebri crebrus interea rosaceo superflua. Post tertium diē ubi uincula dissolueris, & sordes spongia deterseris, res medium induces quod cruentis iniicitur, & inflammationem repellit, superaccommodans membranæ alio quod ex cephalicis dictis aridis, usque dum carne opereatur. Nonnunquam os radetur, si hoc res postulet, propter quasdam summitates extantes, aut etiam posterius ipsius carnis productionem. Reliqua medicamentorum materies, ut in uulnibus comprehendimus, ad moueri debet.

DE C E R E B R I M E M B R A N

næ inflammatione.

Quoniam frequenter cerebri quoq; membrana post chirurgiam, inflammationem experitur, ut non solum caluariæ crasfido, sed etiam cutis ipsius excessus cedat cum renixu, & naturalis ipsius motus pulsatile impeditatur, quæ potissimum & conuulsio alias que graui symptomata uel ipsa mors subsequitur.

Origo inflammationis aut ex acuta quadam osfis emittentia pungente ducitur, aut ex linamentorum grauitate, aut perfectione, aut multo esu, aut viini potionē, aut alia quadam occasione latente. Si quidem ex manifesta occasione inflammationem contrahat membrana, ea protinus amputanda est: si ex latenti, magis pugnare conuenit, ut pote sanguinis dimissione, si causa non obsterit, uis qui inflammationi congruat. Item loco induci remedia debent, calentis rosacei fomentum, & alio theæ decoctum, aut fœnugreci, seminis lini, chamaœsilotum, similiūmque superfundi: cataplasma uero ex cruda polenta, aut lini semine, cum prædicto decocto & gallinarum, adipe, adhæc fomentum ex lana adhibebitur. Capiti & occipitio meatuīque auditorio oleum aliisque quod inflammationem prohibens instillabitur, ita ut uis scerū cura habeatur, cataplasmatis adhibitis, ite toti corpori prospicere consilium in calidam id aquam, ut pars est, collocantes inungentesque. Si perseverat inflammatione & nihil aliud prohibet medicamento quod bili ducens dæ est, purgare ipsos Hippocrates præcipit.

S I M E M A A N A C E R E B R I N I G R V E R I T.

Cerebri membrana si quidem per summa ex medicamentis in id efficacibus nigruerit, mel triplum rosaceo miscentes & per linamenta id applicantes, curabimus, deinceps & reliqua admouentes. At si nigrities sua sponte prouenerit, idque in imo potissimum, cum aliis grauis bus indicis, attingi tunc non debet, ut quæ natuum casuorem emortuum innuat. Noui quendam qui post annum quam affectu confliquetur, caluaria perforata sua peruxerit, erat enim fractura in sincipite ex telo facta, emissariumque habens per quod etiam membrana ab affectu immunis conseruata est.

D E N A R I B V S F R A C T I S C O N 35 ussisque, Cap. XCI.

PAVLI AEGINETA

Narium parsima, quum sit cartilaginosa, frangit non solet, sed contundi, sima fieri & peruertere: superior quæ ossa est, non nunquam frangitur. In his autem deligaturam damnat Hippocrates, ut quæ magis resinas efficiat & distorqueat, præter quæ in his quæ appulsi quodam per medias nares emineant, hic enim conuenienter habenam cum medicamine imposito asfumit, ut comprehensæ nares naturalem figuram recipient. Fractis igitur naribus, in ima quidem parte, indice aut parvo dito demisso in exteriora dirigentur: in interiore, etiam scalpellī mucrone id faciendum est, primo statim die, aut non multo post. Quum uero decimo die naris ossa continentur, extrinsecus indice magnoque dito hæc efformare congruit. Ut aut figura quam singulis non concidat, duo obturamina tortilla ex panniculo inuoluta, naso impones, unum singulis nasi foraminibus. & si altera duntaxat naris pars sit peruersa, eaque finere, donec os aut cartilago continet. Nonnulli fistulas ex anserum penitus panniculis replete, naribus insinuarunt, quod figura custodiatur, & respiratio non impediatur. quod non necessarium puto, quum spirius per os trahatur. At si inflammationem nares sentiant, medicamentum alio quod quod eam arecat indemnus, exempli gratia, ex succis inscriptum aut quod oxelao constat, aut eiusmodi aliquod vel ex triticea simila & thuris fuligine seu gumi una incoctis cataplasma iniiciemus, tū propter inflammationem, tum ut nares continetur. Quod si in alteram partem nares declinantur, Hippocrates postquam commode eas figuraueris, oblongam habenulam digesti latitudine iubet circundari, alterum ipsius extrellum taurino glutine, aut gummi illitum summae narium partis agglutinari, ex latere quo inclinant ubi illa exaruerint, habenam transferre per aurem oppositam uersus occiput, & frontem oportet, deinde ipsi sub altero habendæ principio affirmabitur, ut nares in latera retrorsum ad medianam dirigantur figuram. quod non admis-

dum recentioribus placuit. Porro minutum confractis
narium ossibus diuidere ipsas, aut superiorem ipsarum
partem conuenit, ac fragmenta osficularum uisella au-
feremus, suture diductas partes committentes, accom-
modantesq; ipsis remedium quod cruentis apertum est,
& conglutinat. Sin autem extra nares ulcus fuerit exci-
tatum, inamentis in longitudinem implicitis curabimus.
Sunt qui plumbeis canalibus, quas solenae [¶]Græci dis-
cunt, usq; dum cicatrix fuerit obducta usi sunt, ne caro ex-
ulceribus super crescat.

DE INFERIORE MAXILLA
confracta, & aure contusa. Cap. XCII.

DE aure contusa tertio libro tractatū est, tanquam
huiusmodi affectus ad fracturas non pertineat.
Inferior maxilla multas ob causas frangitur. Si
igitur extrinsecus solam offendit non per transuersum
fissa introcessus cauata fuerit, promptum est cognoscere.
Opus autem est altera manu, si quidē dextra maxilla fra-
cta fuerit, dextra; si altera, sinistra. Indice igitur & medio
digito in affecti os demissis, interiorē fracturę extantiam
probē foras compellere conuenit; altera manu foris eā
excipiente. Rectitudinem vero maxillæ ex eiusdem den-
tium & qualitate deprehendemus. Quod si fractura per
transuersum facta fuerit, primum tensione; deinde retrac-
ctione, quam artifas vocant, partis in contrarium usus
ministro eam continentem, ut dictum est, dirigere aggress-
dieris; porro dentes in parte cōfracta diductos, inter se,
ut Hippocrates præcipit auro deligare, nempe lino ab
auro chrysolino dicto aut chrysone mate; quoniam vero
huius facultas non omnibus conceditur, lino ualido, aut
byso, aut pilo equino, aut id genus aliquo. Verum si
quidem cum ulcere fractura euenerit specillo tentandū,
nū quandoq; etiam refractio ossis facta sit, atq; si exigua
diuisione facta, os unum refractum aut plura remans-
serint, idoneo instrumento auferentes, suturis oras

PAVLI AEGINETA

ulceris committemus, & me dicamento cruentis apto usi
deligabimus: si autem citra ulcus contigerit, ceratum
simplex maxillæ impositum conuenienter deuinciemus,
fasciæ mediæ per occiput dispensabitur. habenula utrin
que per aureis ad suminam maxillâ, inde rursus ad o^c c
ciput, mox ad mentum, inde per genas ad sinciput, inde
rursus sub imam occipiti partem, distribuentur, ubi &
fasciam desinere oportet. Super hæc rursus uinculum
aliud fronti circundatum, quod epialema Græci dicunt,
post caput coniungetur, omnes prædictæ faciolæ id cir
cum astringent. Alii uero tenuem ferulam, quemadmo
dum alli uasculum profundius paris longitudinis impo
situm maxillæ, deligant, ut commemoratum est: reliqui
deligatura, quam Græci dicunt phorbiam, utuntur. At si
utraq; maxilla in summo mento auellatur, qua etiâ pars
te coeunt, ambabus manibus parum inuicem distantia
bus, rursus adaptato, & denteis adunitos, quomodo dis
similis, deligato: ac congrua usus ligatione tenui ac sors
ibili alimento ægrotantem nutritri iubeto. Nam manda
re ipsi inimicum est. Si aliquid emotum à figura conue
nienti putaueris, tertio die soluens, iterū illigato, quod
tam diu facies, quam callus fracturam firmarit, firmatur
autem maxilla intra treis potissimum septimanas, quo
niam laxa & medullæ plena est. Quod si inflammatio
aliqua superuenerit, ne aduersus hanc quidem, tum fos
menta, tum cataplasmata negligere oportet. Q[uod] in
omnibus ex æquo obseruatum abs te cupierim.

DE I V G V L O C O N^N fracto. Cap. XCIII

I Vgulum, quod etiam clavicula dicitur, quum natu
raliter figuratum est, interiore, ipsius extremo, cù pe
ctore committitur; exteriori, cum summi humeri co
page, seu articulamento adunitur. eoq; si humerum,
aut ipsum sustinens brachium, fracturam quacunque tâ
dem parte experieratur, quâ humerum suum spectat, ple
tusq; infra interius extrellum flectur unâ cum brachio

Detraictum. Præstiterit autem per transuersum potius
 quam assulatim, aut arundinis modo claviculam frangi
 quod uulgo receptum est. Nam transuersum confracta,
 extensione compressioneq; digitorum prompte in natu
 ralem figuram reuertitur, cætera eminentias habent, que
 ægre possint coaptari. Si igitur per totam ipsius crassitudinem
 quocunque modo, ingulum fractum fuerit, duo
 ministri, unus ad humerum eiusdem lateris fractæ clavice
 culæ manibus circuminiebant, brachium ad exteriora sis-
 mul & sursum trahens, alter oppositum humerum, aut
 certe ceruicem attrahens, retractionem à se, quam Greci
 ci uocant antitas, molientur: medicus suis digitis fractu-
 ram diriget, prominentiora pellendo, ima foras attrahens
 do. Q uod si maiorem retractionem à se desideret, orbi
 culum bonæ magnitudinis ex panniculo, aut lanis, aut
 eiusmodi aliquod corpus atæ subiecti, cubiti gibber-
 rum lateri indidè adiget, ac reliqua sicut dictum est, exes-
 queatur: si autem id nequeat, extremum clavicule iuxta
 humerum in alto, situm ad superiora ægrotante resupis-
 nato educet, ceruicali quodā mediocrī, dorso subiecto,
 ministro humeros duos ad ima deprimente, ut os clavice
 culæ qdā in imo est, reuocetur, rursus digitis suis fracturā
 conformabit. Porro si partem aliquam iuguli refractā,
 instabilem, aut etiam pungentem percipiamus, salpello
 in rectum diuisam eandem auferemus, ac reliqua salpris
 excisoris, lamina quæ integra tueatur, aut alio scalpro
 propter similitatem claviculæ subiecto, exæquabimus, si
 quidem inflammatione careat, futuris: si aliter est, linea
 mentis utemur, & spleniis diuertis preparatis, ad ossis
 eminentis inclinationem: maiora ex eis & crassiore sua
 peraccommodabitur, si inflamatio infestat, oleo imo
 buta: si minus, arida ac mediocrē ex lana orbe propter
 alam subiecto, conbenienter inducemos diligaturam,
 per axillas, affectam claviculæ, scapulasq; prout res exi-
 git, fasciantes. & si quidem ad ima tetenderit pars clavice
 culæ humero proxima, latioris habenulae dimidiū, eius-

PAVLI AEGINETÆ

dem cubiti gibero subiicitæ, totum brachiū ex collo
suspendemus: altero autem uinculi dimido, manum.
quemadmodum in iis sit quibus ex cubito sanguis de-
tractus est. At si uersus superius extremum inclinauerit,
quod rarum est brachium suspendi nondebet, uerum
resupinus æger decumbit, & tenui nutritur uictu. Si uer-
to opus est, etiam fomentis adiuuabitur, sed pro ratio-
nione, usq; dum callus eam consolidet, firmatur autem
plurima ex parte clavicula diebus uiginti.

DE S C A P V L I S Cap. XCIII 10

Scapulæ quæ latæ sunt & mensæ figuram represe-
nant, non franguntur: iuxta spinam uero fracturam
suffinent, nunc compressæ, nunc rupturam simplicē
expertæ, alias etiam refractæ. Compressionem itaq; ta-
stu cognoscimus, si caua occurrat, stuporem proximi
brachii, & dolorem pulsatilem inducat. Ruptura ex tra-
etus asperitudine & loci dolore deprehenditur: ambo
autem ratione qua inflammationem arcemus, curantur.
Refractio & ipsa tactu agnoscitur. Porro quiescetes sca-
puæ fascia conuenienti adaptantur: si autem pleniora
sint & pungant, per sectionem auferemus, & futuris, ut
prius dictum est, utemur. Fasciæ autem & hic similiter
ut in clavicula, inservient, incubitus oppositi lateris con-
ueniet.

DE P E C T O R E. Cap. XCV. 25

Medium pectus, dividitur imprimatur q;: summū,
refringitur. Rupturā itaq; p mediū factā dolor
loci & iæqualitas sequitur, & strepitus d'gitis
innixus eliditur: impressionem uero dolor uehemens,
spirandi difficultas, tussis, membrana quæ costas incin-
git dis̄puncta, nonnunquam etiam sanguinis eruptio, par-
tis contractæ cavitas, & incedendo facilitas. Curationem
eam adhibere oportet, quā in scapulis prodidimus. In
impressione quæ adaptatio Hippocratis adhibebitur, q;
ille in clavicula quæ foras processerit, usurpat, per incus
bitum supinum cervicali dorso subiecto, scapulis q; con-

stridis, ita ut costæ utrinq; manib; simul contrahantur.
Iam uero costis lana obtectis circularem adhibebis de-
ligaturam, loris prius in rectum subditis, postea duorū
initia inuicem excipiuntur, quæ orbiculares fascias deci-
dere prohibeant.

DE COSTIS. Cap. XCVI

EX costis & spathis dictis, ossæ quidem in omni
parte ruptura sustinent: spuriæ autē, in ea tantum
quæ spinæ adiacet, nam hic solum ossæ habent
10 naturam: in exteriorē parte in cartilaginem degeneran-
tes, contunduntur, nullam fracturam percipiunt. Notæ
ipsarum non sunt difficiles, etenim inæqualitas digitis ex-
plorantibus occurrit, strepitusq; & ad contractum per-
uersio. Quod si intro spectauerint, dolor uehemens pū-
ctorius sequitur, eo qui in costis prouenit grauior, & acu-
lei modo membranam costas integenter cōculheret,
itē ægra respiratio, tussis, eruptio sanguinis, subinde co-
mitatur. & reliquas utiq; immutationes digitis licet con-
formare, at eā q̄ntro spectat, ne aquaquā, quod tendi ne-
queat. unde alii cibum flatulentum uberemq; assumi ius-
tent, quo fractura ex inflatione & tensione foras pro-
pellatur, quod necessarium non esse puto. Nihil
enim commune ad hoc inter se habent, tum thorax, tu-
m uiscera nutritoria, præter quod inflammatio etiam ex
25 repletione augeatur. Alii curcurbitulam agglutinant, qd
à ratione & via curandi alienum non esset. nisi corpo-
ra ex contractione congregata, fracturam amplius ad
interiora propellerent. Quapropter Soranus hunc in
modum scribit: Lanis oleo calido madentibus partes
30 contingent, & linamentis implicitis intercostale reple-
bitur, ut deligatura æqualis iuxta orbicularem circundu-
stum ueluti in pectore fiat. Omnia uero utin pleuriticis
fieri debent, ad magnitudinis proportionem. Porro si
magna quædam necessitas compellat, quod membra
35 na costas cingens uehementer compungatur, cutem di-
uidere conuenit, & fractam costæ partem detegere, de-

P A V L I A E G I N E T A E

In de lamina, ne tunica costas tegens couulteretur, prius subiecta oscula quæ pungunt ingeniose excindere ac eis cere oportet, postquam hoc feceris, ea sane quæ inflammatiōne carent coniunges & cruentorum modo curas bis: quæ autem illa affliguntur, linamentis oleo madidis operis uictum curationemq; adhibens inflammationi dicatam. Decumbent ægri ea figura quam facilius tulerint.

D E C O X A R V M E T P E T I N I S

osibus. Cap. XCVII. 10

COxarum aut illum osfa raro quidem franguntur sed eisdem cum scapulis differentias sustinent.

Franguntur enim in extremis, rumpunturq; in longitudinem, & per medium finduntur. Comites nostræ ipsorum sunt, dolor partem affectam affigens, pulsationis pulsusq; sensus, curris subitus stupor propter fisuram, adaptionem scapulis similem postulant, auersantur autem solam ex chirurgia eius quod fractum est, exemptione per exteriora corpora, ut quæ si opus sit, digitis conformentur, deinceps autem etiam aliam curationem moliri oportet, fomentis utendo, & concava illum linamentis adimplendo, quo deligatura seu fasciis circularibus superiniectis, æquabilis efficiatur. Eadē etiam dicens sunt, de petinis osibus nihil, enim peculiarius de ipsis dicere habemus,

D E V E R T E B R I S, S P I N A D O R si, & sacro osse. Cap. XCVIII

Vertebratum complexus interim sane contusione, raro uero & fracturam experiuntur. propter quæ contusis spinalis medullæ membranis, uel ipsa etiam me dulla, nerui in doloris consortium adducuntur, & mors præcepit subsequitur, magisq; si ceruicis uertebras affectus infestari, unde præfatus periculum, si quidem fieri potest, audebis etiam sectione osculum quod premit eximere: si minus, ratione qua inflammatione propulsatur, ipsas lenies. At si processas uertebatarum

febratutu aliquis unde spina constat, fuerit refractus, dicitur tentantibus propte sublabetur, dum refractio mos uetur, rufusque in locum transponitur. Conuenit autem id quod refractum est auferre, cum extrinsecus incisa: sutorisque commissa, remedio cruentis idoneo uti. Cæterum osse sacro cōfracto, index sinistræ manus digitus in anū demittendus est, dextra manu quod cōfractū est, quatenus licet, in naturalē figuram reducere oportet. Si aut̄ ali quid refractū sentiamus, hoc quoq; diuīlo, deligaturam curationemq; congruam adhibebimus.

DE BRACHIO. Cap. XCIX.

IN brachio confracto Hippocrates quidem intentionem hoc pacto molitus est: Lignum, inquit, ob longum columnulæ modo per summa fune deligatum, obliquum ex traibe quadam suspendere oportet: collocato autem homine in sublimi quodam erectius, uel iuxta figuram quaæ à recta sessione orthocatheuton dicitur manum ipsius super commemoratum lignum traducere, ut medium ligni alæ eius transuersim adaptetur, manum aut inflexo iuxta rectum angulum cubito minister procumbens continebit, deinde graue aliquid, exempli gratia, lapidem aut pondus plumbeum uel eiusmodi aliquid ex cubito suspendens, sinensq; pende re sublime, ita fracturam conformabis: uel loco pondersis, famulus ad ima brachium detrahatur. Nonnulli uero loco columnulæ gradu scatæ usi sunt. Soranus hunc in modū tradit: ægro in sedili collocato, uel, quod satius est resupinato quo minus molestiæ sentiat, manu fune ligata iuxta cōpagem qua ipsa cū brachio coniungitur, & ex ceruice suspensa, ut angulosa ipsius figura serueratur, ministris duobus iubebimus, huic supra fracturā illi, infra digitos circūponant, atq; sic tensionem perficiant. Quid si ualētior opus sit tractatione, duos funeis æqua leis brachio circundamus, unū supra fracturā, alterū, in fratre, atq; unifamulo sup ægrotantis caput cōsistenti, alte si iuxta pedes, capitā funium tradētes, iubebimus in dis-

PAV, AEGIN.

LL

PAVL I AEGINETA

tertia brachium distendere. At si summus humerus fras
 duram senserit, dimidio uinculi, quod circa dicitur, alae
 subiecto, reliqua partem iuxta caput teneri iubentes, alio
 quod oppositum est retrahente, antitas in, hoc est, à se re-
 tractione uti dictum est, moliemur. quemadmodū sane
 si cubitus confractus fuerit, illi uel iuncturæ manus cum
 brachio funis iniicietur. Osibus iam fracturæ probe co-
 aptatis, distentio quidē remittetur, sed iuxta Hippocrati
 cam consuetudinem deligabitur. Porro si fractura infla-
 matione uacet, recensq; sit, lineis utendum fasciis oblon-
 gis abunde, circa treis quatuorve digitos latis, aqua mas-
 dentibus, aut etiam posca: si inflammatio adeat, lanis te-
 nuibus mollibusq; oleo imbutis: & si quidem in medio
 brachii fuerit fractura, initium fasciæ super fracturam inii-
 cietur: ubi bis terre illigaueris, sursum fasciæducere con-
 uenit, ut (quemadmodum inquit) sanguinis influxiones
 excipiantur, atq; illic finiantur. Iam uero & secunda fascia
 uti oportet, initium eius similiter supra fracturam iniicie-
 do, atque alia eo modo quo in priori: rursus autem su-
 perne deorsum, atque iterum sursum reuocare, illic etiā
 sic terminabitur. Porro constrictio mediocris esto, tum
 nostri sensus, tum ipsius a grotantis iudicio. At si iuxta
 summam humeri compaginem contigerit, priore fascia
 illam & scapulas & pectus comprehendes, ut deligatu-
 ra fiat quam Græci geranida appellant, perq; secundum
 usque ad cubitum dispensabis, ac inde ad supraposita
 recures, cum summo humero scapulas pectusq; com-
 prehendens, primæ fasciotq; similiter. Quod si gibbero
 fractura obuenerit, etiam cubitum colligare expedit, ita
 ut anguli figura conseruetur, similiter in aliis quoq; artu-
 bus, nimirum cubito, femore, tibia, cum fractura in parte
 aut etiam iuxta articulum & non in medio membra exis-
 tit, post articulum fasciam inilicere expedit. Recentiores
 itaque secundum deligaturam protinus ferulas eriam
 iniiciunt, ut adaptationis figura continetur, constringen-
 tes ipsas prout sensus & tumor ex inflammatione pos-

Rulat: ueteres autem, à die septimo ferulas accommo-
 darunt, nam intra hunc inflammatione declinante mem-
 brum redditur tenuius. At Hippocrates tertio die ligas
 menta solui iubet, ne tensio quæpiam, aut motus pre-
 ter solitum contecta particulae obueniat, aut eius quod
 iam infixum fracturæ est, perspiratus prohibeantur, pro-
 pter quos non solum noxius pruritus quibusdam acci-
 dit, sed etiam erosa à sanie acrimonia nonnunquam cu-
 te, exulceratio concitat. Itaque aquæ temperatae tan-
 tum superfundere ratio est, quantum sanie discutere
 sufficit. Post septimum diem, ex maiore interuallo solue-
 re conuenit, ceu partes non amplius sanie excernere
 desiderent, imo etiam calli obfirmatio hoc modo feli-
 cius prouenit. Caeterum ferulae iuxta sequentem ratio-
 nem debent iniici. Splenia triplicia oleo imbuta super
 fascias circundantur, si igitur membrum crastitudine fue-
 rit aquabile, similiter: si inæquale, partibus magis conca-
 uis per splenia repletis, æquaæ crastitudinis membrum
 ferulis accommodandis efficiemus. Deinde lana aut
 stappa ferulas mediocriter inuolutas, in orbem fracturæ
 circundamus, non minore q̄ digiti spatio inuicem distâ-
 teis, easq; moderate constringemus: ita tamen, ut quate-
 nus fieri licet articulum proprius accedere ferulas prohi-
 beamus, præsertim iuxta interiorem flexus partem. Ulo-
 cera siquidem in ipsis nonnunquam & neroorum infla-
 mationes pariunt, uerum illic laxiores ipsas esse oporo-
 tet, quemadmodū ualētiores, ubi fractura curuatur. Præ-
 stiterit autem thoraci etiam brachium mediocriter colli-
 gate, ne ipsum loco motum figurā peruerat. At si quā
 doq; inflammatio fuerit, (eam uero agnosces ex ambiē-
 te tumore ac rubore, & quod membrum tunc multo
 magis quam prius stringatur) uel si confractum memo-
 brum distortum sit, & nihil horum appareat, sed ligamē-
 ta laxa, uel econtrario strictiora, quam par est, inuenians
 tur, solutis ipsis diligatura instauranda est. Resu-
 pinari igitur ægrotus debet, ita ut super stomachum

P A V L I A E G I N E T A E

manum continet: brachio subiectetur molle aliquid
pellem super se habens, ut superfusionum influxus
excipiat. Superfusio detur autem quotidie oleo calido,
præsertim quum urget inflammatio, quando etiam clie-
bus tenuis exhiberi debet: postea mediocris, ad calli ge-
nerationem, quies indicitur usque dum fracta occalue-
rint, occalescunt autem brachium & tibia, diebus cir-
citer quadraginta, post quos ubi solueris fascias, & lava-
trosus fueris, emplastris ad fracturas factis persanare
conuenit, haec tractandiratio omnibus aliis prope mo-
dum contractis artibus conuenit.

D E C V B I T O E T R A D I O .

Cap. C.

CVbius radius q̄, interim uterq; iuxta eundem
locum frangitur, interim alter duntaxat, uel in
medio, uel in parte qua glibberum spectat, aut
brachiale, Omnia itaq; determinum est quum ambo
eadem parte franguntur, deinde etiam cubitus solus. At
radius fractus, aliis fasciis curatur, siquidem maior cubi-
to non est, sed illum ipsum subiectum habet, ut uelati in
fideat. Porro si ipsorum alter duntaxat fractus fuerit, in
illo maxime intentionem ualidam molierunt: si uterq;
similiter intendens manu anguli modo figurata, ut pol-
lex omnium digitorum altissimus, exiguus digitus hu-
millimus habeatur, sic enim cubitum radio subisci con-
tinget. At si ualentiore opus sit intentione, ambo bus po-
tissimum contractis, non solum manibus, sed etiam fusi-
bus intendere aggrediemur, ut in capite de brachio
comprehensum est. Ceterum omnis diligatura, & relis
qua præsidia una cum ferularum infectione, hic adhibe-
da sunt, dum callus eos firmarit. Firmatur autem cubitus
diebus plurimum triginta. Ac repositio ipsius simili-
lis erit ei, quam brachium fractum uendicat, præter ea
qua ipsi subiiciuntur.

D E S V M M A M A N V , E T
ipsius digitis, Cap. CI.

35

VOlæ & aduersæ eius partis, & in digitis articulo
rum ossa, quum laxa fistulosaq; natura sint, con-
tunduntur quidem pleruncq; raro autem frans
guntur. Aegro igitur in alto sedili collocato, medicus
in altero quodam æquali aduersus se debet, priusq; ma-
num disponat: ac tensis per ministrum iis quæ fracta
sunt, duobus digitis ipsa conformabit, pollice & indice
digito prius compressa. deligatura utetur, quo tempore
urget inflammatio. Nam propter laxitatem facile in ip-
sis callus amplior concrescit. At si acies digitorum, aut
digitus simpliciter contractus est, si quidem magnus &
pollex appellatus fuerit, post commodam deligationem
ab inferiore parte ipsum utiq; cum manu ligabis, ne di-
moueatur. si ex aliis quispiam, vel index vel patens digi-
tus proximo colligabitur: si aliquis ex mediis, iis qui
utrinq; habentur, vel etiam omnes deinceps ligari una
debent, melius enim conquiescunt, quemadmodum si
etiam ferulis fracti colligentur.

DE FEMORE. Cap. CII.

Eadem de femore dicenda sunt, quæ de brachio
prodidimus, peculiariter autem magis femur fra-
ctum, in anteriorem partem & exteriorē promos-
uetur, etenim in his naturaliter dilatatum est, instauratur
autem manibus, funiculis, & antennis æquivalentibus,
una, supra fracturā posita: altera, subter. Q uod si in par-
te fractura euenerit, idq; iuxta femoris caput, dimidio fa-
sciæ lana circundato, ne corpora incidat iuxta inguina di-
sponemus, & initia ad caput reducta, famulo ut partem
contineat, trademus: infra autem fracturam fune circum-
posito initia ad intentionē alteri ministro exhibebimus.
Q uod si ad genu fractura habeatur, funem sanè supra
fracturam iniciimus, initia eius ad eleuationem dispensa-
mus, genu etiam ipsum implicito quodam fune conti-
nemus, hanc autem partem restituimus aegro decumbē-
te, & crure exporrecto, quæ pungunt ossa ut subinde di-
ctum est, eleuata, superiorius tollemus, reliquam curationē

PAVLI EGINETÆ

in capite de brachio exposuimus, cæterum callo firmatur femur quinquaginta circa diebus. At quomodo reponi debeat, post totius cruris disciplinam, compres hensum est.

DE PATELLA. Cap. CIII.

PAtella os laxum est ac molle, ualide corporibus superiore & ima parte comprehensum, frequenter sane contunditur, raro autem frangi solet, sustinet autem rupturam per crassitudinem, & in tenuia fragmenta finditur, cum uulnere, uel sine uulnere. Nota uestro conspicua (motus enim sublabitur,) continuitatis, & cuitas & sonitus. Instauratur autem pars cruris extensa nam tam diu bifariam fissa digitis committitur, donec fracturæ labra supra lese contingant, & inuicem lungantur: quæ in tenuia fragmenta fissa est, manu conformatur. etenim callo non generato, eo quod pars utraq; super musculos nervos; cognatos à femore & tibia non re trahatur, tamen multa distentio contrahet & functionis difficultatem affectis inducit. neq; enim laborantibus ipsis largius genu sustinet, & obambulando impediuntur præsertim ascensuri, siquidem in æquabili motu actio nis difficultas occultatur: in paulatione autem, eo q; nō inflectatur genu, in cruris initio, & stu deprehēditur, atq; hic osculum pungens eleuatum ubi exemeris, curatio nem sequentem admouebis.

DE TIBIA. Cap. CIV.

TIbia cubito respondens eandem curationem obtinet, etenim illa duobus ossibus fulta, altero crassiore & cognomini, altero tenui, quod ex similitudine perone Græcis, quasi fibula, Latinis sura dictu eisdem fracturatum differetas recipit, in omnem enim partem prolabitur, quum ambo ossa confracta fuerint: in treis autem, quum alterum, intra & extra: tibia quidē, retro: sura, anterius, quapropter etiam ipsa similiter restituatur manibus, aut funiculis superioribus, q; fracturæ suæ sunt, interim ipsi tibiæ circundatis, interim femori.

Nam quum genu sit ualidius, articulum integrum per tentionem seruabimus. Similiter & inferiore fracturæ funculo, utin cubito dictum est: reliqua ut in capite de brachio tradidimus.

DE PEDE SVM MO. Cap. CV.

Talus nequaquam frangi solet, eo quod undequaque tibia, sura, & osse quod ob tessarū similitudinem uocatur cyboides, custodiatur munitiaturq;. At os quod à scalpha figura dicitur scaphoides, & super pernae pedis regionis, item pedis digitorum ossa, ipsa sumq; cubicū, similiter illis quae in uola & opposita eius parte manusq; digitis sunt, franguntur: quare eidam que de illis diximus, ne eadem repetantur, illinc huc transferre consilium est.

QVOMODO CRVS REPO-

ni debeat. Cap. CVI.

FEmore fracto, aut tibiala, non minori cura repositio nem ipsius q; reliquam curationem oblibis. Nam partium cōfractarum aequalitas, hac potissimum probe administrata, conseruatur. Nonnulli igitur canali, quam solenam Græci dicunt, nūc lignea, nūc fictili membris fractum, aut etiam crus ipsum reposuerunt: alii vero sola ea quae cum uulnere fracta sunt, eo quod hæc ferulis nequeant constringi, in totum uero solenarum usum posteriores damnarunt, multis sane de causis, sed præcipue, quod ipsarum duritia partibus negotium fas cesseret. Neque tamen alienum est, artus cum uulnere fractos ferulis excipere, ut ostendemus. Aeger itaque resupinabitur, ac indumentum aliquod crassum cruci aequali, in longitudinem utroque contractum & in uolutum, ut canali per medianam concavitatem oblongam proportione respondeat, subiicitur: pellis super ipsam molliuscula explicabitur, quæ superfusiones exceptiat, deinde in longum crus concavitati huic canalem referenti, insinuabitur: à lateribus alia uestimenta la nave apponentur, ne membrum in latera declinet,

LL. iii

PAVLI AEGINETÆ

pedis autem ima pars asserculum rectum pannicu-
lo circundatum, propter molitatem assumet, ac maios
tis securitatis gratia, media fasciarum duarum triumve,
uestimento canalis modo præparato subiicientes, frac-
tum membrum ipsi leuiter deligabimus. At si æger non 5
tolerans conetur pedem totum contrahere, conuenit id
facere quod in superiori pedis parte dictum est, deinde
blande cum asserculo deligare, ne inuiti inter dormien-
tum, ut uerisimile est, pedem contrahant. Aliqui uero èt
stragula letti per medium pertundunt, ut ipsi sint immo-
biles, & per foramen urina & stercus reddatur, usq; dū
callus coaleseat.

DE FRACTVRIS QVÆ CVM
vulnere incidentur. Cap. CVII.

FRactura cum vulnere facta, si quidem anguis p 15
fundatur, hunc prius sistemus: si inflammatio fue-
rit, præsidii in eam efficacibus utemur. Carnibus
contusis, partem affectam scarificabitinus, metu, ne in gā 20
grænam incidat, sublato: at si illa quoque accesserit, aut
alia quæpiam serpens putredo, conuenienter occurre-
mus, habes autem horum singulorū curationem quar-
to uolumine explicitam. At si nihil horum adfuerit, ne-
que ossa largiter denudata sint, hamulis futurisq; usi, res-
medio cruentis apto, his medebimur, sic, ut osicula res-
fracta, ut uerisimile est, & pungentia implentiae primū 25
auferamus. Quod si magnum aliquod os ermineat nō
commissum propter magnitudinem, in intensione huic
prospicies. Siquidem Hippocrates femore & brachio
confractis ossa exidentia uniuersim imponere dehor-
tatur, periculum his futurum prædicens ex inflamma- 30
tione, quam tensio crearit, uel etiam convulsione,
ut credibile est, muscularum teroru[m]q;. Tempus
uero nonnunquam administrationem commodam
inuenit. In quoconque igitur osse elapsa tractationem
molimur, nequaquam in inflammatione ipsam aggre- 35
diemur, sed primo statim die antequam inflam ma-

tione occupetur: aut nono, inflammatione iam finita,
 Adaptamus uero serula quam Græci mochlis con uos
 cant, est autem qa instrumentum ferreum septem oto
 ue digitos longum mediocriter draſsum, ne inter compo
 mouendum inflectatur, acutum in summo latumq; , &
 leuiter inflexum, cuius acutum extreum superposito
 osis tuberculo subſcientes, iuxta alterum occurrentes
 simul, & mediccri intentione membra facta: inter se sine
 is fractura commitemus, quod si facere nequeamus,
 10 scalpis excisoris obſeruas acies habentibus quod emi
 net auferemus, aut ſerra ſubſecabimus, quemadmodū
 in fistulis docuinus: osiumq; asperitudine adæquata,
 & membro directo, linamentis curabitur. Maxime au
 tem animum adhibere oportet in membris coniunctis,
 15 aut diſiunctis appellatis, altero autem in ipsis osfe parti
 culatim ſerra abſcifo, ut membrum incontractum ma
 neat: etiam intentione accurata utemur deligatura uero
 hoc modo adhibenda eſt. Circulares itaq; fasciæ, parti
 bus uulneris utrobicq; iniici debent: obliquæ uero, per
 20 ulceris longitudinem, ut iuxta hiatum occluſio ex omni
 bus fiat. Si ſordidum adhuc uulcus eſt, putgantia adhibe
 bimus: ſi purum, quæ carnem inducunt, linteolis illita,
 aliamq; comprobata uoluſu materia. Hippocrates pifo
 ſera emplastro in linteolis uititur, id autem eſſe dicunt te
 trapharmacum basilicum. Vbi caro increuerit, ſerulae
 inficiantur, aliqui uero per initia ipſa accōmodant, ulce
 ris locum uitantes, & pro uoluſe urgente ipſas conſtrigen
 tes, uel rufſus remittentes. In quibus autem squatam reſ
 pletura eſt, notabimus qđem hor, inde quod copiosus
 30 humor & tenuis excernatur, caro autem uulceribus uas
 cuia inanisq; facta attollatur: deligatura quidem laxiore
 ad curationem utemur, hamulo autem, aut eiusmodi
 quopiam squatam euellentes, iterum ualidiore deliga
 tura utemur. porrò per totum ulceris tempus, medica
 35 men aliquod ex iis quæ inflammationem arcent linea
 mentum continens, uulnери incunþet, ac ſimplices fa-

PAVLI EGINETÆ

scelæ iniicientur, quæ singulis curationibus solvi debent, quum aliæ supra dictæ maneant, ut in capite de brachio expositum est.

SI PRÆTER MODVM FRAS
eturis callus obducatur. Cap. CVIII.

IMmodici fracturarū calli indecoram omnino speci em efficiunt, nonnunquam etiam functiones impeditunt, si propter articulum coauerint. Si igitur recēs adhuc callus coerit, remedis admodum astringentibus utemur, fasciis ipsa aprimentes. Nonnunquam uero & plūbea imposta lamina, id quod requiritur effecimus. At si lapidosus solidus q; fuerit incidentes ipsum rades, id quod eminet scalpis auferentes: si res exigat, etiam terebris usi.

SI DISTORTVM MEMBRVM
callus firmarit. Cap. CIX.

QVibus membrum distortum, callus firmauerit, difficultate functionum obeundarum haud exigua subsequēt, præsertim si in pedibus fuit, repositionis quidem modus non recipiendus est, ut qui extrema inferat discrimina, uerum si callus nondum radices egerit, laxitatibus superfusionibus, & cataplasmatis ex scissis pinguibus & columbarum stercore, aliisq; medicamentis quæ a callo soluendo porolytica dicuntur, utimur. In super per manus frictione, & confractio ne hunc dissoluemus. Quod si lapidosus euaserit, scalpellō superficie diuisa, excisoris scalpis consortium of se liberabimus, deinde fracturæ medebimur, ut superius à me dictum est.

SI FRACTVRÆ CALLO NON
firmantur. Cap. CX.

FRacturæ nonnullæ sine callo permanent, supra definitum naturæ tempus, aut ob continuas resolutiones, aut immodicas superfusiones, aut motum intempestivum, aut fasciarum copiam, aut quia totum corpus alimentum non percipit, in quibus etiam tenuis

ius fieri membrum contingit, itaq; cum alias occasiones
tum corporis inediā tollere conandum est, partim
per calidiora alimenta materiam particulae distribuen-
do, partim cibum subministrando sufficientem, item la-
uaca, & reliquas animi uoluptates. Porro notat eos qui
callo iam firmantur comitantes, hæc inter alias sunt præ-
cipue, si fasciolæ cruentem referant, etiam non oberto
uulnera, quod forsan accedit, calli substantia quando coa-
lescit fistulis osiū inflatas sanguinis guttas extundente.

DE OSSIBVS LUXATIS.

Cap. CXI.

Quem luxationes fracturis proxime sint, de illis
uerba facere aggrediemur. Luxatio igitur est,
ut summatim dicam, quum articulus à proprio
15 sinu ad insolitum excedit, in qua motus arbitrarius im-
peditur. differentias ipsius alias dicere nō habemus, nisi
ea dūtaxat q; ex maioris minorisq; ratione sumitur, quā
enim articulus in totum exciderit, communī generis uo-
cabulo affectus Græcis exarthema, Latinis luxatio dici-
20 tur: quum autem aliquatenus dūtaxat emotus est, aut
usque ad tuberculum ē sinu elapsus, parathrema.

DE MAXILLA INFERIORI

Cap. CXII.

Ruptus à superioribus incipiētes de inferiore ma-
xilla dicamus. Nam quum superior sit immo-
bilis, luxatione non periclitatur. inferior autē toto
locō non mouetur, quod capita ipsius superiori maxil-
lae firmiter ac tuto insinuata sint: modicā uero peruersio-
nē quā parathrema vocauimus subinde experitur, qd
30 ob musculos qui ipsam continent ex continuo madedi
loquēdiq; exercitio in mollietatem elangescenteis, quas
libet de causa facile laxetur, quod uerbum apud Hippo-
cratem συχται dicitur, in quibus sine alqua difficultate
articulus sponte in proprium locum reuertitur uero-
rum de maxilla in totum luxata, satis est illius uero-
ba exponere, quæ compendiosa, Integra & perspic-

PAVLI AEGINETAE

Cua existunt. Scribit itaq; hunc in modum. Excidit quis
dem maxilla raro, laxatur autē subinde oris hiatu, quo
modo etiam aliae plures muscularum immutationes
teruorumq; id efficiunt. Clarum itaq; hinc potissimum
est quandocunq; exciderit. Nam inferior maxilla in an-
teriora propellitur, & ad contraria eius unde prolapsa
est peruenit, ossisq; tuberculum iuxta superiorem ma-
xillam tumidius apparet, difficulter egrī maxillas com-
mittunt. Talis autem repositio manifesto ipsis congruit,
alium enim continere caput oportet, alium comprehen-
denter ab interiore parte & exteriore digitis iuxta me-
tum hiante homine quantum potest, primum quidem
maxillam commouere, temporis intervallo hue illuc
manu diducere, ipsisq; homini iubere ut laxam maxillā
habeat, simul q; diducat & concedat, ut potissimum res-
pente laxetur, tribus figuris simul, mente adhibita¹. Ra-
tio siquidem est illam ex inuersione in naturalem statū
reducere. Oportet autem inferiorem maxillam po-
steriora propellere, item maxillas committere neq; his-
te. Insertio igitur hæc etiam in aliis figuris fieri non po-
tuerit, medicina autem modica sufficiat, splenium appo-
situm ceratum fascia laxiore deligare, tutius autem est, re-
supinato homine firmare caput ipsius pulvinis subies-
tit, quam plenisimis, ut quam minime cedat. Cæterū
vulnerati caput aliquis continebit. Si autem utrāq; maxil-
la eluxata fuerit, curatio quidem hæc adhibebitur. Com-
mittere autem & quale hi os possunt, etenim prominen-
tiores ipsis maxillas sunt, rectitudinem autem maxime
cognoscet, dentium & superiorum & inferiorum termi-
nis, quos secundum ordinem confert quam citissime in-
serere, quomodo autem inserentur, expositum est. Si autē
periculum de anima non inciderit ex febribus continen-
tibus, & torpido Caro, musculi alterantur, & ppter natu-
ra inteduntur, ueter solet his biliosa deiicere, uel sincera
pauca, & si étuomant, indiscreta eiiciunt, hi igitur & mo-
siuntur, at hoc potissimum modo iniectionis nos subinde

usū sumus, fomentis prius ex hydrelæo calido per spoh
giam super luxatam genam adhibitis, quum maxime
contumaciter ingressui repugnet, homine humi collos
cato, post ipsum nos sedentes, quemadmodum ab Hippo
5 potrate traditum est, operamur.

DE CLAVICULA ET SVM^o
mo humero. Cap. CXIII.

C Lauicula in partem interiore non excidit, ut
quæ pectori committatur, unde ne mouetur quis
10 dem in ipso. At si uiolento quodam iactu & acti
extrinsecus auellatur, quemadmodum fractura ipsius,
instaurari debet. Pars autem quæ humero inseritur, non
admodum, sanè excidit, a bicipiti musculo summoq;
humeri tuberculo prohibita, immo neq; uiolento quodā
15 motu clavicula priuatum agitatur, nisi propter solem tho-
racis factam separationem. Vnde homo solus inter an-
mantia claviculam obtinet: quam si in palestra, ut ueris-
mile est, peruersti contingent, conformatioe per mag-
nus dirigitur, & spleniis multiplicibus accommodatis
20 una cum deligatura decenti, eadem curatione etiam
summus humerus peruersus in propriam sedem reuera-
titur. Est autem osculum cartilagineum quod clavicus
lam scapulis colligat, si resiccatis mortuorum cadaveris
bus occultatum, quod loco motum, imaginem imperio-
25 tis exhibet, brachii caput excidisse, etenim in hoc extre-
rior humeri pars acutior apparel: concavum aut, id uno
de excidit, uerum notis quas deinceps subiungam ipsa
discerneruntur.

DE HV MERO LVXATO.

Cap. CXIV.

B Rachii caput scapularum sinui insertum, excidit
quidem frequenter, uerum neq; in superiorem
partem, ut quod scapularum processus ancoræ
similis impedit: neq; in posteriorem, propter ipsas sca-
30 pulas: neq; tamen in anteriores, ob musculi bicipitis
tendinem, ipsumque humeri tuberculum, sed raro qui

PAVL I AEGINETÆ

dem interiorem exterioremq; prolabitur, continuæ ue-
ro, præsertim macilentioribus, ad imam atq; his sanè faci-
le & excidit & tursus inseritur: multa autem carne præ-
ditis contra, raro quidē elabitur sed ægre in sedem suā
compellitur. Q uibusdam itaq; etiam non luxatis, ex s
istu frequenter elapfi loco membrī suspicio oritur, eo
quod ualida inflammatio subsequatur. Porrò quibus in
imam partem luxatus humerus est, hoc modo agno-
sces: affectus humerus si cum sano conferatur multum
differt, quum exterior eius pars unde excidit concava
appareat, ut in tuberculo humeri eluxato diximus,
quod acutius quā naturaliter esse debet apparet, & bra-
chii caput elapsū in alam manifesto subfudit, ac manus
nus huius cubiti gibbber à costis magis recessit, quibus
quidem costis si ipsum adigas, cum dolore admouetur,
neq; ægri manum extenso cubito ad aurem possunt re-
ducere, neq; alium motum multiplicem per eam molis-
ti. In pueris itaq; uel in quibus recens nec ampla facta
est eluxatio, etiam nodo mediū digiti flexi eminente me-
dici manus, uel affecti sanæ, si non puer, sit frequenter
restituta est, ut inquit Hippocrates, valentius autem hoc
modo luxata inferuntur. Homo lotus & suffusionibus
laxandi uirtute præditis usus resupinari hum: debet, &
pila mediocri uel coracea, uel alia quæpiam non ad
modum mollis, alæ accommodabitur, ac sedens medis-
cus aduersus ægrum, iuxtalatur affectum, siquidem dex-
ter humerus luxatus sit, dextri pedis calcem superponet
pilæ alæ suppositæ: si sinistri, sinistri, ac affectam manum
prehensam ad pedes trahet, simul q; calcaneo alam in
diuersum propellat, ita ut alius post caput ad alterum
humerum resistat, ne corpus circum diuellatur. Est &
alia ratio immittendi quæ humero subnixo perficitur,
quod Græci ναρωμένοι dicunt. Adolescens, aut longior
ægrotante, aut altius consistens iuxta affectum latus,
ægri indidem collocati alæ suum ipsius humerum subi-
ciet, & manum eleuatam ad uentrem suum attrahet, ut

reliquum ægrī corpus posterius imo maius sublimē pē
 deat. At si æger leuior fuerit, aliis quispiam puer leuis
 ex ipso suspendetur. Nam manu ac reliquo corpore in
 contraria detrahit ad ima, subiectus alæ humerus facit
 5 le clavum articulū reponit, atq; hoc etiam spathula q̄
 Græci hyperon dicunt efficimus. Est autem lignū oblongū,
 rectum, quod in paucimento super aliud quoddā so-
 lidum ponitur. hucus igitur summum extremum rotundū,
 quod non admodū crassum neq; tamen tenuē est,
 10 alæ ægrī aut stantis, aut sedentis, subiicitur, iuxta totam
 ipsius longitudinē, ac manu per spathulā porrecta & de-
 tracta, reliquo autem corpore contra inferius uergente
 uel sua spōte, uel alio quodā trahenterstitutio fiet, atq;
 15 hoc etiam in scalæ gradu fieri debet, quemadmodum
 in contracto brachio per tensionē fieri dicebamus, hic
 autē rotundū quoddam corpus super gradum deligatur,
 quod ægrotantis alæ possit adaptari & brachii cas-
 put propellere. Porro si obuetustatem affectus, aut cor-
 20 poris duritię, repositio nobis facessat negotium, utemur
 etiam ratione quæ per amben appellatam sit. Est autē
 ambe lignum quod longitudinem duorum cubitorū ha-
 bet, latitudinem quatuor digitorum, crastitudinem instar
 25 digitū, alterum extremum rotundū, quod eisam promis-
 pte in alæ sinum ingreditur, spathulae ligneæ extre-
 mo confimiliter, hoc itaq; extremum panniculo circundata
 quo lenius existat, capitulo brachii iuxta alam accom-
 modabimus, totam uero manum ad lignum intenfam
 cum eo deligabimus, iuxta brachium, cubitū, & eius ex-
 tremum, deinde ligno obliquo inter duas columnulas
 30 rectas adaptato, uel rursus supra scagē gradū manu tracie-
 ta cū ligno, ut ala p̄ trasuersum gradui accōmodetur,
 manū infra trahētes, sinemus in alterā partē reliquū cor-
 pus in sublimi pendere, tūc n. articulus ingredietur.
 35 Vbi fuerit repositus, mediocris ex lana pila si qdē infla-
 mationē pars nō sentiat, siccā, si sentiat, oleo madēs alæ
 iniecta, deligabitur p̄ hāc aut & humeri & alterius alæ

P A V L I A E G I N E T A E

īuxta hiatus p̄s certim fasciē deligaturis apparentibus, ut
hiatus affectū humerū excedat, brachii cū costis deliga-
re conuenit, ipsum q̄; cubiti gibberum & suminam mas-
num ex ceruice deuincire, ne tursis de integro articulus
excidat. Post septimum diem uel tardius ubi fascias dis-
solueris, mediocri uti frictione prestat eo quod corpore
solidiore facto, articulus ita firmetur, ut non facile prola-
batur. Q uod si autem cerebro prolabatur, autem hu-
miditatis uitio, aut ob aliā quam piam iam diu factā
elabendi uiam, ad unctionem uenientium est, sicut supra
comprehendimus. Q uum autem uel in artibus in ute-
ro aut editis in lucem adhuc incréscetibus, particula fue-
rit luxata necdum reposita, in humero quidem carnes
nihil à naturali figura deficiunt, neq; enim manus quod
cunque opus perficere impeditur, os autem brachii bre-
uius permanet, non augescens, ac tales nominantur ga-
llancones. In femore etiam os incrementum non sentit
& totum crus contabescit, quum enim pondus corporis
ferre nequeat, non exercetur, ac in aliis membris lus-
xatis manentibus, quae subiiciuntur, omnium iniuria ex-
posita sunt.

D E C U B I T I G I B B E R O .

Cap. CXV.

Q uanto cubiti gibberi articulus humero magis
uarius creatus est, tanto plus negotii prolapsus
exhibit; & tardius quidē excidit, sed difficilius
reponitur, propter tuberculorum sinuumq; frequētiam.
Nonnunquam igitur solum aliquatenus detorquetur,
quem casum parathrema dixi, saepe uero etiam ex to-
to in omnem partem prolabitur, præcipue in priorem
& posteriorem, quod facile dignoscitur, eo quod exci-
dit oculis & tactui obiecto, ex quo cunque prolapsus
sit, & sinu unde excidit apparente. Hæc uero potissimum
sanū gibberi inspectio coarguit. Conuenit autem proti-
nus membrum reponere priusquam inflammatione
occupetur, siquidem eam expertum, difficulter curatur,

Q uædam

Quædam etiam nullam propterea curationem recipiunt, maxime si in posteriora prolapsa sint. Hæc enim luxatio omnium quæ in cubiti gibbero sunt maxime dolorifica est, & periculosa. Q uod si modice articulus in 5 uersus sit, moderata etiam intentione restituitur. sic ut ministri manum exorrectam iuxta brachium cubiti tumq; contineant, & in aduersa retrahant, medicus autem suæ manus palma quod excessit in suam sedem compellat. Hippocrates autem, in priora luxationem subito manus inflexu instaurat: ut palma ipsius humerosum iuxta rectum pulset: in posteriora vero, subita rursus & diutius facta extensio, quoniam luxatio in prior 10 rem partem, uiolenta potissimum extensio efficitur, quæ in posteriora flexu similiter uehementi. Q uod si luxatio perseveret, etiam validam magis intentionem usurpabimus, eiusmodi vero est potissimum quam Hippocrates in brachio contracto exposuit, ubi colum tuulam adhibeat. Porro recentorem aliqui hunc in modum adaptant, ministris duobus manum, ut dictum est, 15 intendentibus, ita ut alter sursum ad axillam contineat, alter deorsum iuxta brachiale, medicus aduersus ægrotanti consitens, duabus palmis iuxa articulum, brachium circundat, ac ubi iussit uestimentum contractum in oblongum vel latam fasciam manibus ipsius simul & 20 ægrotantis brachio circundare, & in exteriora imaq; propter summam manum retrahere, ipse delinceps cum intentione constrictas ipsas trahit, donec cubiti articulum excedat. Cæterum manus prius oleo illini debet, ut lus brica fiat & facile medici palmis deducatur. Sic enim 25 prolapsa, si pertrahentium manum ui prematur, in propriam sedem reuertuntur. Postquam sunt reposita, in anguli modum figurata manu explenis & conuenienti delicatura curationem petemus.

DE BRACHIALI ET DIS

citis luxatis. Cap. CXVI.

PAV. AEGIN. MM

PAVLI REGINETA

BRachialis digitorumq; luxatio nullum facescit
negotium, per se, nisi cum ulcere facta fuerit, de
hac igitur in capite de luxationibus quæ cum
ulcere sunt tractabitur. At sine ulcere luxatis, mediocri
intensione, & remedis quæ inflammationem pellunt, s
me debimur.

DE VERTEBRIS SP II
næ. Cap. CXVII.

Vertebræ spinæ si ex toto prolabūtur excidūtq;,
præcipitem mortem inferunt. Medulla siquis
dem ipsius spinæ vel quamlibet compressionē
non sustinet, quum & solus ex ipsa neuorum processus
si contundatur, hominem in periculum perducere sufficit.
Peruersiōibus autem subinde affligitur, nunc in
priorē partē distorta, ac ultīmū lordosin Græci ap
pellant: nunc in posteriōrem, & cyphosis à loco gibba
to uocant: interim uero in latera, quod scolioſin nunc
pant. Quum igitur multæ simul uertebra in arctissimū
peruersa fuerint, plurimū simul peruersio appetat, iuxta
circularem flexus rotunditatem facta, ac putant non
nulli decepti, ab una uertebra ampliter peruersa id fieri.
Nam magna distortio non angulo similis hinc spinæ
flexum molitur, quando etiam magis periculum subles
quirit. Si igitur introrsum spina est peruersa, restitutio
spes nulla est eo quod per uentrem, anterius oppositio
fieri nequeat, qui enim in scala sic affectos intendit, aut
cucurbitulas admovent, aut sternumenta aut tussum
aut flatus excitant, quid tandem promouere putati sint,
Hippocrates abunde coarguit. Quoniam uero subins
de cuiusdam osificuli spinæ refractio facta, cauum locū
ostendit, quemadmodum in capite de fracturis com
prehensum est, aliqui ultīmū lordosin esse crediderunt,
deinde hoc celerius persanato (prompte enim callo fir
matur) lordosin curatu facilem existere pronuntias
runt, & si nullam curationem admittat aut certe diffis

culter. his etenim urina supprimitur, aliud non respon-
 det, corpus inhorrescit, posse etiam sine uoluntate excre-
 menta prorumpunt. Hæc autem evanient, neruis &
 musculis consortii lege lacescunt, ac celeriter ægri mo-
 riuntur: præsertim si superiores & ceruicis uertebræ af-
 fectum fuerint expesta. Cui uero iam inde à parvulo
 potissimum uertebræ gibbatae protuberant, ultimum ion-
 gum esse nego; celeriter mortem sed morbum accersis-
 te, & insanabile Hippocrates prodidit. At quibus re-
 10 cens hic gibber ex casu prouenerit, machinæ quidem
 per scalam & rectam ægri suspensionem ac uteri infla-
 tionem adhibita, ridicula sunt. sola autem Hippocra-
 tis adaptatio sufficiet. Conuenit enim, inquit, lignum,
 15 magnum quod tanta longitudinem ac latitudinem ha-
 beat, ut hominem excipiat, aut scannum huic æquale
 prope parletem deponere, ac iuxta hunc ita extendere,
 ut in longitudinem pede non amplius absit, & uestimenta
 quædam super ipsum explicare, ne hominis corpus
 20 infringatur, (erit autem hic lotus antequam super li-
 gnum scannum ue, infideat,) deinde loro pectus ipsius
 bis circundatum, per alas iuxta deorsum uincire, initia
 lori ligno oblongo pistillo simili deligare, atq; hoc sus-
 per pavimentum iuxta ligni aut scanni subiecti extre-
 25 sum constituer, & ministro post ægri caput stanti ex
 superiore parte continentum tradere, ut imo quidem
 extremo contra fixo, altiore supra caput traxo, oppor-
 tuna fiat intensio: altero autem loro pedes simul & su-
 periores malleolorum partes deligantes, & rursus alio,
 30 ea quæ inter coxas & lumbos habentur, cõmissura, hu-
 ius inibi facta, iterum fasciarum extrema coniungemus
 alii autem ligno pistillo respondentib; similiter prædicto illi
 gates, statuemus in ligni aut scanni extremitate pedes spe-
 stanti pistillum iuxta prioris similitudinem, deinde famu-
 lis iubebimus ut per ligna retractione in diuersa molis
 35 antur. Quidam uero a se dicit hanc efficiunt, sunt au-
 tem hi axes qui contra rectum lignum uertuntur: utroq;

PAVLI AEGINETA

huius magni ligni aut scanni latere iuxta extrema ad pes
des caputq; sita lora defiguntur. Q uum autem sit ins
tensio ipsa administratur, manus palma gibberum con
stringemus: si autem usus postulat, etiam super ips
sum infidebitus, nullum ueriti periculum. At si ne sic
quidem spina istauretur, & æger presionem ferat, utile
est parietem adiacentem in longum canalis modo ex
cypere e regione gibberi, ut sculptura cubiti longitudis
nem habeat, neq; aitior sit ægrotantis spina, neq; multo
humilior imo sculpturam prius præparatam esse oportet.
huius enim causa etiam lignum ab initio prope pa
riitem ponit maluimus. deinde afferis mediocris altera
sinem ad ima comprimemus, donec sensibiliter spina
dirigatur, uerum ut inquit Hippocrates, sola intensione
prædictam, sine constrictione uidelicet, moliri, post ada
ptionem, lamina lignea quæ latitudine treis digitos equet
longitudine gibbero respondeat & aliquam ex sanis
vertebris comprehendat, lora lineo aut stuppa propter
duritatem inuoluta, uertebris ipsis imponi & conueniens
ter deligari debet. siem adhibebitur tenuis. At si post
hæc quædam gibberi reliquiæ remanerint, laxantibus
emollientibusq; remedii cum laminæ appressu, per
diu utendum est, aliqui uero plumbeam laminam usus
parunt.

DE COXA L V X A T A.

Cap. CXVIII.

Q uum alia corporis ossa interim peruertantur,
interim toto loco excidant, coxae humeriq; ar
ticulus solus ei luxationi opportunus non est,
qua tota sede promonet, atque ex his magis coxae arti
culus, quoniam sinum & rotundum & profundum pos
sideret, ad hæc, quod altioribus tuberculis munitus sit. At

si quandoq; articularis ob qm quandam uehementem
 finu suo exciderit, etiam multæ luxationis iuxta minoris
 maiorisq; rationem differentia proueniunt, quatuorq;
 modis imo locis coxa luxatur, uel enim in interiore
 partem, uel exteriorem, uel priorem, uel posteriorem,
 prolabitur: uerum intro quidem & extra continue, &
 multo frequentius intro: in anteriora autem & posterio
 ra, rarius. Quibus itaque in inter orem partem coxa
 prolapsa est, iis crus affectum si cum sano conferas, lon
 gius spectatur, & genu prominentius, & ad inguina crus
 infletere nequeunt, & iuxta penem tumor manifestus
 occurrit, tanquam femoris capite illic desidente. Q uib
 us autem in exteriora promota est, iis contrariæ notæ
 eueniunt, siquidem crus brevius appetat, & iuxta penē
 regio in finum dehiscit, clunes iungescunt, & genu inte
 rius demergitur, crus infletere possunt. Si in prio
 rem partem prolapsa est, crus sine dolore genu exten
 dunt, non autem ad interiore partem inclinare posso
 sunt, incedere conantes, urina hls supprimitur, inguina in
 tumescunt, nates rugosæ ex carnesq; apparent, calci in
 ter ambulandum inituntur, Porro quibus in posterio
 ra excidit, non aut popliteum, aut genu extendent, neq;
 infletere prius quam inguina possunt, atq; his crus bre
 vius, inguina laxiora apparent, & per nates femoris ca
 put eminet. Q uibus sane iam inde à pueritia, aut certe
 longiore temporis spatio articulus prolapsus curæ non
 fuit, etiam præsidium nihil promouerit, membro iam in
 orbe coacto. Q uibus autem continenter excidit, hi
 curationem Hippocratis assument, quapropter statim
 reponi luxata debent uetusæ siquidem coxa luxatio
 nes, nullo modo consanescunt. Communiter itaq; in
 quatuor luxationibus, concinnatio congruet, tum quæ
 conuersione articuli & circunductu fit, tum quæ intensio
 ne. Si enim affectus recens fuerit, & æger iuuenis, nonnū
 35 quam femur continentis circumagentesq; hic illuc ar
 ticulum reposuimus, Q uod si interiore partem luxa

PAVLIXÆGINETÆ

eo declinauerit, etiam crure solum subito & ualenter ad inguina quām intime flexo, id quod requiritur efficiens: sīn autem his non cesserit, intensione utendum, primum per manus adhibita, qua crus ab inferiore parte trahant ac per securi tibiamq; constringant, ex superiori parte autem parte, sub alas corpus circumdcent. Quod si etiam ualentior desideretur intensio, funibus contextis aut implicitis, uel loris crus deligate, omnino quidem supra malleolum: ut autē genu nihil patiatur, hoc quoque superius oportet: at pectoris regionem uincire ne cesset non est, uerum ut dictum est, manibus subter alas comprehendatur, loriq; molisi & ualidi medium iuxta penem adaptatum in humeros reducimus anterius p; inguina & clauiculā: posterius, per summas partes, duo q; lori capitula ministro trademus, deinde omnes simul trahentes, ut ægrotantis corpus eleuetur, intensione molestentur. hic quidem intendendi modus communis est quatuor femoris luxationum differentiis, priuatum autem in singulis modis quo ossa sera in sedem suam compelluntur, Græci mochlian dicunt, euariat. Intenso homine siquidem in interiore partem articulus exciderit, lori iuxta penem sūl medium inter femoris caput ipsumq; penem dispensari conuenit, referri autem locum per inguina adiacentia & clauiculam expedit. At adolescentes quidam duobus cubitis affectum femur, qua crassius est, circundatum, in exteriora ualenter extrahet. Atque hic modus inferendi aliis expeditior est, cui si articulus non cesserit, aliis quoque utendum, uariis quidem magis, sed eo efficacioribus. intendi etenim hominem super lignum grandius aut scannum oportet, in quo ēt spinæ gibbero uitiosos intendimus. Inculpentur autem per totum fere oblongæ quædam ceu fossæ, quæ latitudinem altitudinemq; trium digitorum, non maiorem habeant, disidentes inuicem non magis quām digitos quaternos, ut sera iuxta extremum in ipsis resistente, in quancunq; partem conueniat, restituatur membrum.

Per medium autem lignum aut scamnum, aliud impingatur lignum pedalis longitudinis, columnulae modo crassum, ut sub hoc intenso homine, lignum inter penes & femoris caput perueniat. Simil enim corpus iis qui à pedibus trahunt porrigi prohibebit, eoq; ne usu quidē
 5 sape uenit in contraria ex superiori parte intenso: simul autem intenso quoque homine ipsum lignum femoris caput foras propellat, ac intensio iuxta superius dictum modum administrabitur, præsertim pedis. Quod si ne
 10 sic quidem in sedem suā redierit, impactum lignum res
etum auferri debet, ex latere autem huius situs utrinque singula ligna infigentur, tanquam limina, non minus qd
pedalis longitudinis, his aliud lignum adaptabitur gradus scalæ modo, ut trium lignorum figura H literam
 15 repræsentet, nam paulo inferius summis medium lignū
accommodebitur. Deinde in sanum latus iacente homini
ne, sanum quidem crus inter hæc limina subter gradum
quodammodo ducemus, affectum autem crus ex superiore
parte super hunc ponemus, ut ipsi femoris capiti
 20 accommodetur, substrato prius ei multiplici uestimento,
ne femur contundatur, aliud autem lignum medios
criter latum tantam habens longitudinem ut à femoris
capite usq; ad malleolum subiectum pertineat, intrinsecus
cruci alligabitur. Vbi iam facta est hæc intensio,
 25 aut per pistillum, ut in gibbero prius diximus, detrahe
re ad ima crus cum alligato ligno oportet, ut uiolentia
hac femoris caput in propriam sedem reuertatur. Cæstum
terum est & alias reponendi modus sine intensione
per lignum, ab Hippocrate commendatus. Manus
 30 enim, inquit, ægrotantis molliter costis alligare oportet,
& pedes utrosque ualido loro molli per malleos
los & super genu fasciare, ut quatuor digitorum spa
tio inuicem distent: intenso autem affecto crure duos
bus digitis magis quam alterum hominem suspensi
 35 dere, ut caput cubitos duos à terra abiit. Adolescens
vero aliquis peritus cubitis suis femur affectum com
 MM. iiiii

PAVLI AEGINETÆ

prehendetis qua breuisimum est, ubi & caput femoris, & ex rheda suspendens hominem facile compellet articulum ingredi. Atque hic reponendi modus aliis quidem simplicior est, ut qui non multo apparatu peragatur, sed ueluti miserabilem ipsum, uulgas abominatur. Porro si in exteriora membrum fuerit luxatum, homo superius intendi debet, lorum autem iuxta penem per oppositas parteis ferti conuenit, iugina dico & claviculam: medicum ab exteriore parte introsum agitare iuxta conuenientem foueam ex iis quæ insculptæ sunt, ministro quodam uestem ad sanum clunem necedat, obiiciente. Sin autem in priora promotus est articulus, homine intenso uir quidam ualidus dextra manus palmam affectis inguinibus imponens, altera comprimit, simul ad ima simul ad genu constringet. At si in posteriora prolapsum est articulamentum, non opus est quidem hominem in altum usque intendi, sed in firmo iacere, quemadmodum etiam si in exteriora articulus exciderit. Sicut autem in gibbero dicebatur, super lignum aut scannum homo pronus intendetur, uinculis non per ilia, sed in crure, ut nuper dictum est porrexit. Nam uero uti conuenit constrictione per aferem adhibita, iuxta clunium regionem, ubi & articulus excidit, atque haec sane de coxendice ex causa foris adueniente lusata, dicta sint, quoniam uero propter copiam humidis ditatis, ueluti humerus, sic etiam coxa prolabitur, usitante utendum est, quemadmodum in capite ipsius comprehendimus.

DE GENVA RTICULO.

Cap. CXIX.

Genu in treis parteis promouetur, interiorem nimurum, exteriorem, & iuxta poplitem. In priorem enim prolabi opposita patella prohibetur. Eiusdem igitur intensio utentes modis, interim per manus solas, interim etiam funibus, decenter diligabili-

mus, reliquamq; adferemus curationem, hoc spectates
ut particula diutius immobilis conseretur.

DE MALLEOLI ARTICULO,
ubi etiam de pedis digitis agitur.

Cap. CXX.

TAli articulus si paulum excesit, modica etiam intensione curatur: si toto loco mutatus est, uer
hementiore indiget auxilio. Tentandum itaque & hic per manus ualidore intensione uti. Q uod si no
reponitur, homine humi resupinato extensoq; longu
aliquem & ualidum palum inter duo femora luxata pes
nem in imam humum rectum defigemus, ut corpus ad
uersus eum renitens ad pedis intensionem non cedat,
imo prius defigetur, q; homo decumbat. Q uod si ma
gnum illud lignum adest, quod pedale aliud lignum, &
medium habere defixum diximus, super hoc intensionem
nem moliemur, ministro uno femur contiente retrah
enteq; alter manibus aut loro pedem trahet, medicus
luxatum manibus dirigit, alterumq; pedem alias ad
imam continebit. A repositione diligari, tuto pes debet,
fasciis ad superiorem pedis partem, aliis ad talum, distri
butis, cura adhibita ne posterior tendo iuxta calcem non
stringatur. In hoc casu usq; ad dies quadraginta in quiete
te homini perseverandum est, nam incedere ante absolu
tum curationem tentantes, particulam reddunt inutili
lem. A si quis ex saltu, ut heri solet, calcis os peruerterit,
uel etiam aliam quamquam inflammationis dispositio
nem fecerit, blanda quadam intensione, conformatio
fomentis inflammationi contrariis, & fasciis firmis id di
rigendum est, homine similiter usq; dum consanuerit, in
lectulo perseverante. Cæterum digitorum peruersio ut
in manibus dicebamus, non difficulter moderata tensio
ne emendatur. In omnibus autem luxatis peruersisq;
postquam instaurata sunt & conquerient, inflammatio
nem in articulis, ut verisimile est, remanentem, aut tu
morem, quæ etiam diu membra à functionibus im

PAVLI AEGINETÆ

pediunt, mollientibus remediis persanabimus, quo
rum materiem nullus qui in artis operibus uersatur
ignorat.

DE LUXATIS CVM VLCE

re. Cap. CXXI.

10
IN luxatis cum ulcere multa requisitur prudentia.
Dum enim hæc inseruntur, extrema pericula, non
nunquam & mortem inferunt, inflammatis enim ex
tensione iis qui adiacent netuis & muscularis dolores ua-
lidi, conuulsiones, & febres acutæ oboruntur, præsertim
in cubiti gibbero, genu, & superpositis partibus. Nam
quo principalibus sunt viciniora, hoc maius periculum
concitant. Hippocrates itaque horum repositionem, ua-
lentioremq; deligaturam omnino aueratur. solis autē
quaæ inflammationem abigunt leniuntq; præsidis, per
initia uti præcipit. Si enim ipsis superesse forsan licebit,

15
20
25
30
35
Q uod autem ipse in solis digitis consulti, id nos reliq;
etiam articulis facere tentabimus, ac inter initia statim
quum pars adhuc inflammatione caret, prolapsum arti-
culum mediocri intensione reponemus, quod si iuxta
animi institutum euenerit, persistemus, sola ratione quaæ
inflammatione arcet, utentes, si inflammatio quæpiam,
aut conuulsio, aut aliquid prædictorum contigerit, rur-
sus eiucere ipsos necesarium est, si quidē citra uini pos-
rigantur, at si hoc quoque discrimen metuamus, non
enim porrigitur forsan inflammatu(s)atus est per ini-
tia in majoribus quidem articulis repositione supersede-
re, ubi uero inflammatione declinauerit, (id autem sit post
septimum nonumve diem) præfati etiam periculum,
quod ex repositione futurum sit, tum quidē si non
repositum fuerit, claudi omnino superfluent, cona-
bimur tuto administrationem obire, utentes, pro-
pter commoditatem etiam serula. Porro ulceris cu-
rationem ut in fracturis cum ulcere dictum est, ad-
ministrabimus.

LIBER SEXTVS

278

DE LUXATIONE CVM

fractura facta. Cap. CXXII.

AT si luxatio sine ulcere cum fractura euenerit,
communi intentione & per manus conformas
tione utendum est, ut in simplicibus fracturis do-
cuimus: cum ulcere autem rursus, ex fracturis cum exul-
eratione & luxationibus priuatim expositis, congruam
administrationem petemus.

P A Y L I R E G I N E T A E

LIBER SEPTIMVS,

Ioanne Guinterio Andernaco medico interprete,

DE TEMPERAMENTIS, Q V A
per gustatus qualitates deprehendun-
tur. Cap. I.



E SENSILIVM COR

porum temperamento, coniectu-
ram ex odoratu aliquam sume-
re, haud est securum. Nam inos-
dora, substantias crassa, quidem
sunt, sed non ita constat quo sint
calore, & frigiditate praedita: odo-
ra uero, & tenuia quodammodo

sunt & calida, sed quatenus id sint, ne uitiam ostendit
ur, quod substantiam habeant inaequalem. Multo
ad hoc minus ex coloribus exacte quid licet col-
ligere, cum in singulis calida, frigida, humida &
sicca reperiatur. Verum in gustatu omnes simili-
ter particulae corporum gustabilium, ut hoc uocas-
buli usurpem, linguae obiciuntur, sensuque mo-
uent, ut manifesto ex ipso quoque temperamento,

rurum vires deprehendamus. Quod igitur astringit, con-
trahere, obturare, densare, repellere, intrassare, atq;